Aderezar lo neceſſario. Apparo, comparo, inſtruo, is. Orno. *La comida.* Condio, is. *Los cabellos.* Como, is. concinno, as. *Eſte mancebo ſe adereza, y compone como muger.* Se comparat, comitado leſcens ad fœminarum morem, laſciuiam, & lenocinium. Capillos curioſa affectatione excollit. Ad ſpeciem decoris promittit, frangit in gradus. Vxorius nimis eſt, & mulieroſus de capillitio. Concinnatum, & troſtulum implicat, venuſtat: arte quadam medicatur, tingit, affectat, vt vel turgeſcat coma, vel in candorem niteat, vel erret promiſsior. Vexat medicamentis, torquetque capillos. In orbem cogit, aut in pilei figuram ſurrigit, vel in annulos format. Antias, in fronte muliebriter erigit, atque de ſingulis capillis inconſilium ire videtur. *Aderezar algun veſtido.* Concinnare veſtem. *Para venderlo.* Mangonizo, as, ornare componere reficere, interpolare veſtem ad alliciendos emptores. *Tal adrezo.* Mangonium, ij. *Aderezo de caſa.* Inſtrumentum, i. *De caballo.* Phaleræ. Vnde. Phaleratus equus.

Adeſtrar. Manuducere aliquem.

Adeudarſe. Vide. *Deuda.*

Adiuas de beſtia. Angina, æ.

Adiuinar. Diuino, as. Ariolor. Præſagio, is. Præſentio. *Facil es eſto de adiuinar.* De hac re certam coniecturam facere poſſumus, haud dubiè, nec falsò conijcere. Non difficilis coniectura, diuinatio de hac re, minimè obſcura, aut temeraria. Facili coniectura aſſequi poſſumus. *Adiuino.* Diuinus vates, ariolus. *Por conjeturas.* Coniector. *Por aues volando, Cantando.* Augur. *Por las entrañas del animal.* Aruſpex. *Por otros agueros.* Ominator. *Por ſuertes.* Sortilegus. *Por ſeñales del roſtro.* Phyſiognomus. Merò pòſcopus. *Por la mano.* Chiromanticus. *Por ſueños.* Coniector. Interpres ſomniorum. *Soy yo adeuino para dezir eſſo?* Dauus ſum, non OEdipus. *Adiuinacion.* Diuinatio. Augurium, Auguratio. *Arte de adiuinar.* Màntice, es. Auguratus. Aruſpicina, æ.

Adicion. Appendix, icis. Corollarium.

Adjudicar. Addico, is. Adiudico, as.

Adminiſtrar. Adminiſtro, guberno. Vide. *Gouernar. Adminiſtracion.* Adminiſtratio, onis. *Adminiſtrador.* Adminiſtrator, ris.

Admirarſe, tener admiracion. In admirationem rapi, mirari, admirari. Admiratione teneri, affici. Percuri admirationis ictu. *Cauſarla en alguno.* Magnam in vniuerſa concione oratione tua admirationem excitaſti, concitaſti, mouiſti. Stupuere omnes ad admirandam concionem tuam. Admiratio, & plauſus celebris orationem tuam ſecutus, proſecutus eſt. *Admiracion, y admirable* Vide. *Marauilla.*

Admitir. Admitto, accipio excuſationem. *En ſu caſa.* Tectis excipere. *En ſu Colegio.* Cooptare aliquem in Collegium. Sibi collègam aſciſcere. *Por Ciudadano.* Ciuite donare.

Adobar. Condio, is. Salio, is. *Adobado.* Caro ſuina ſalſugine, vel muriâ cõdita, ſeruata. *Adobo.* Condimentum. Muriæ, æ. Salſugo, inis.

Ado-

Adobe. Lutũ aceratum Achyrosis,idis.

Adolecer. AEgrotare. Vide. *Enfermar.*

Adonde? Quo? Quonam? *Adonde yo estoy ven.* Huc ades. *Adonde este.* Istuc. *Aquel.* Illuc perge. *Adonde quiera que.* Quoquò,quocumque.

Adoptar hijo. Adopto. Vide. *Hijo. Desde niño le adoptè, y tuue por hijo.* Hunc adoptaui mihi,eduxi a paruulo,habui, amaui pro meo, in eo me obiecto. *Adopcion.* Adoptio. Institutio filij.

Adorar. Adoro. Veneror. Colo,is. *A Dios solo se deue adorar.* Vni Deo cultus omni veneratione præstandus, tribuendus,exhibendus,deferendus est Diuinis honoribus, summaque Religione vnicum omnium effectorem,conditorem,auctorem afficere, & prosequi debemus.

Adormecer. Sopire aliquem. Soporem alicui afferrè,immittere, inducere. *Adormecer.* Obdormisco. Obdormio. *Adormecido.* Sono òbrutus,cõsopitus,oppressus. *Adormecer al niño.* Infanti carminibus somnum conciliare.

Adormidera. Papàuer ris.

Adornar. Orno, adorno, as. Ornamentis aliquem instruere. *Adorno.* Ornatus, us. Ornamentum instrumentum. Ornatè: *Con dorno.*

Adquirir. Pario,is. Paro, as,comparo,acquiro,is.

Adrede lo hizo. De industria fecit, dedita opera,datà. Sciens, & prudens.

Aduana. Telonium,i. *Aduanero.* Publicanus Telonarius. Vectigalium exactor,coactor.

Aduenedizo. Aduena,æ. Exterus,i.

Aduersidad. Calamitas, tis Fortuna aduersa, grauis casus, iniquus,res turbidæ,aduersæ infortunium.

Aduersario. Vide. *Contrario.*

Aduertir. Animaduerto. Aduerto. Attendo. Mentis aciem in aliquam rem intendo. Consideratione totus in illa defixus sum. Obseruo attentè, circumspicio. *Aduertencia.* Circumspectio, consideratio contemplatio rei. *De consejo.* Monitum, consilium.

Adufe. Tympanum. *El que, ò la que le tañe.* Tympanista, æ. Tympanistria, æ.

Aduiento. Dies aduenturi, nasciturique Christi prænuncij,qui anniuersaria Christi Natalitia præcurrunt, & præmonent.

Adulterio, y cometerle. Adulterij flagitium admittere Genialis thorifidem,& equitatem violare, polluere, incestare. Alterius inire cubile, lectumque maculare. Adrepere avulterè, & impudicè ad vetitum thorum, prohibitosque hymenæos. *Adultero.* Adulter,i. Mœchus. Abiecti thori violator.

Adular. Adulor,aris. Blandior, iris. Alicuius arrogantiæ velificati. Verborum lenocinijs, aut blanditijs Principum aures demulcere. Assentari auribus alicuius, vel palpum obtrudere. Vide. *Lisonjear. Adulador.* Adulator. Parasitus,i.

A ante F.

Afable. Affabilis, humanus, comis. Hinc. Affabilitas. Humanitas, comitas. *Afabilidad.* Et comiter, humane. *Afablemente.*

Afamado. Fama celebris. Vide. *Fama.*

Afanar. Infudo, laboro in aliqua re.

Ope-

Operam do laborioſam rei. *Afan.* Labor operoſus. Grauis opera.

Afear. Deformo, as. Fædo. Deturpo, as. Deuenuſto. *Afearſe, ponerſe fea.* Oris decorem obſcurari. Pulchritudinem extingui. Fœdam faciem, turpemque reddi. *Afeaſme lo que he hecho.* Mihi tutpe obijcis, ex probras factum.

Afecto. Affectus, us, motus animi. Affectio, Vide, *Mouerlos. Afectos varios. De riſa.* Ha,he,ha,ha. *De llorar* Oh,oh,oh. *De dolor.* Heu, hei, hui, væ. *De eſcarnio.* Oh,vah, euge. *De auerſion.* Au, apage. *De admiracion.* Papæ,proh.O! *De animar.* Au. *De gozo.* Hem, ehem, ob. Euax. Iò. *De enfado.* Oh.Ohe. *De negar.* Hui. hoi. *De conceder.* Phil. *De afirmar.* Ahà. *De ſuſpirar.* Ah,ah. *De furioſo.* Heu, hoè, heu, bromiè. *De menoſpreciar.* Babaè, bombax.

Afectacion en el hablar. Affectata imitandi ratio, aut imitatio dicendi. *Tenerla.* Verborum copiam nimio ſtudio exquirere. Omnes vndique floſculo aucupari, carpere.

Afectar, ò codiciar algo. Affecto, as. Vide, *Codiciar.*

Afeyte. Fucus, pigmentum, purpuriſſum, ceruſſa. *Afeytar el roſtro.* Fuco,& pigmentis faciem linere, vngere, infiecre. Fucato nitore pulchritudinem, & decorem ementiri. *Muger afeytada.* Intus Hecuba, foris Helena. Quæſtibijs, & purpuriſſi penicillo inſitam fœditatem obliterat. Perſonam, non faciem gerit, pigmentiſque exoticam ſibi formam aſciuit. *La hermoſa no neceſsita de afeyte.* Noua pictura non interpolat opus lepidiſsimus. Iſtam faciem, & ætatem pigmentum nullum attingit, neque ceruſſa, neque melinum, neque vlla alia offucia. Pulchra natura,& virtute mulier, purpuratà pulchrior, nequicquam exornata eſt benè, ſi morata eſt male. *Afeytadas palabras ſon las vueſtras.* Calamiſtris quibuſdam crines orationis exornax. Ineſt in tua oratione, non naturalis, ſed fucatus quidam nitor. Adſcititius, & commentitius orationi tuæ decor additur,& ornatus. Meretricio cultu nitidia ſplendeſcit oratio, non proprio floret ornatu.

Afeytarſe la barba. Vide, *Barba.*

Afeminado. Affluit mollitie vnguentis delibutus, fœminam redolet, ſonat, ſapit Luxu diffluit,& in fœmineos geſtus muliebremque indolem totus frangitur. Natura mentita eſt virum, cum currente rota fœminam foret effictura. *Afeminadamente.* Effœminate, muliebriter, delicatulè, molliuſculè.

Aficion. Amor. Voluntas. Studium, cupiditas. *Aficionar.* Allicere alliquẽ, amicum ſibi conciliare. *Aficionarſe.* Capi, delectari, retineri alicuius rei pulchritudine.

Afilar. Acuo, is. Exacuo, is.

Afiler. Acicula, æ. *Và de veinte y cinco afileres.* Omnibus ornamentis admirandum in modum inſtructa, & pulchris inſtrumentis ornata. Andromaches ex anguibus concinnata.

Afinar. Ad amuſsim dirigere, explorare. *El oro.* Aurum excoquere. *Afinar los eſcritos, ò otra coſa.* Emũctiſsimæ naris ſcripta, perfecta, perpolita. Ad amuſsim, & rectam lineam res adæquata, atque ad ly-

diam

dium lapidem affricta.

Afinidad Affinitas, tis.

Afirmar Affirmo. Affero, is. Affeuèro. *Afirmacion* Confirmatio. Affeueratio. *Afirmadamente*. Affirmatè, Affeueranter.

Afligir a vno. Affligo, is. Vexo, as. *Afligirse*. Angi, confici angore. Vide, *Congojarse*. *Afligido*. Afflictus, abiectus, oppressus mærore. *Aflicion*. Afflictio. Afflictatio. Angor. Vide, *Tristeza*. *Pena*.

Aflojar. Laxo, as. Remitto, is. *Ya aueis aflojado en los estudios*. Iam tuus ille ardens animus ad studia refrixit, elanguit. Concitatus ille tuus cursus ad carceres est reuocatus, & in medio retardatus stadio. Vehementes, feruidique illi antiqui ad sapientiæ laudem conatus, & animi resederunt. Adductas, laxasque studiorum habenas contraxisti. Vide *Floxedad*.

Aforro. Pannus subditicius.

Aforrada cosa. Abollæ, æ. Duplex amictus. Tunica suffulta. Diplois, idis.

Afrenta. Deducus, ignominia, nota. Opprobrium. Turpitudo. *De palabra*. Probrum, i. Maledictum. contumelia, æ. *Afrentar*. *Afrentòme mal de palabra*. Me multis, & grauibus onerauit contumelijs, affecit. Violauit, vexauit, pròscidit, insecutus, insectatus est. Euomuit, effudit, eoniecit in me, quam multa: & quæ suggesserat ira, congessit probra. Ex plaustro diceres mihi conuicia spargere, & spicula venenatæ figere linguæ. Aures meas contumelijs inundauit. *No tomeis esto por afrenta*. Hoc loco probri ti-

bi obiectũ ne ducas. Nullam hæc tibi verba turpitudinis notam inùrunt, dedecus inferunt, aut infamiam. Neque leuis maculæ rore candorem tui generis inspergit. Nullum dèdecus tibi imprimitur, neque ex hac parte labecula ignominiæ splendor tui obscuratur honoris. *Quedò muy afrentado*. Sempiterna ignominia notatus est. Dèdecus, & infamiam sustinuit perpetuam. Insignitus dedecore, & turpitudine. Insedit generi illius labes, quam nulla spongiadelibet, nulla pòsteritas emaculabit, abluet, absterget. *Aueis hecho vna cosa muy afrentosa* Rem dignitate, & honore tuo valde alienam pertraxisti, susceptisti: admisisti dedecus, & ignominiam maximam. Ex isto facto quasi ex fonte ad te, posterosque tuos, labes, & macula dedècoris manauit sempiterni. *Afrentarse vno a otro, y dezirse los nombres de las Pasquas*. Multis, & alternis iactandis, & intorquendis certant contumelijs, quasi olitrices mutuis se conuitijs proscindunt, maledictis se differunt impudicè. *Afrentosa cosa*. Ignobilis. Infamis, contumeliosus. *Afrentosamente*. Turpiter. Contumeliosè. Fœdè.

Afufar. Vide, *Huyr Escapar*.

A ante G.

Agacharse. Demittere, subijcere se.

Agallas de hombre Tonsillæ. *De pez*. Branchiæ, arum. *De tinta*. Galla, æ. *De cypres* Galbulus, i.

Agasajar. Per liberaliter, & humaniter hospitem tractare. Omnibus officijs per honorificè prosequi. Vide, *Hospedar*.

Agasajo. Liberalissima hospitalitas, beneficentia. *Agasajador.* Per hospitalitas maximè, & percòmis. in hospites vir,& per humanus.

Agarrar. Arripio,is.Harpàgo,as.Vnguibus rapere. *Agarrarse.* Adhærere,obrepere rei.Vide,*Gato.*

Agata piedra preciosa. Achates,æ.

Agatas andar. Vide.*Gatear.*

Agena cosa. Alienus.Indignus. *Esto es muy ageno de quien soys.* Hoc à tua dignitate plurimum abhorret.Longe à tua persona abest. A te ipso deficis , indignamque tanto viro, & à tua expectatione alienam rem geris.

Agente de alguno. Negotiorũ alicuius actor,administrator,procurator.

Agil,ò presto. Agilis, promptus,acer. *Agilidad.* Agilitas. Celeritas,tis. Promptitudo.

Agnus Dei. Sacra cera. Imago cerea cœlestis agni consecrata.

Agobiarse. Incurvescere,pandari. *Agobiado.* Pandus , cymbachus , qui hulbos quærit.

Agonia. Angor,ris. *De la muerte.* Extrẽmum vitæ certamen Agon, quo moriturus cum fortissimo mortis antagonista de summa rerum luctatur,concertat. *Agonizar.* Animam agere. Eluctari cum amico hospite erupente. Angoribus postremis, & summis afflictari , confici.

Agora Nunc,in præsentia. *Agora, à cabo de rato.* Nũc tandẽ.Vide,*Poco.*

Agorar. Auguror ,ò minor, auspicor, aris. *Agorero* Augur.Aruspex.Auspex,icis. *No quisiera ser mal agorero en esto.* Nollem,mi Antoni, ne ominis quidem causa tantum tibi malum prædicere. Ni mea me fallit diuinatio , & præsàgus animus decipitur,ingens tibi impendet calamitas. Mallem imperitam augurem damnari, quam certa mea comprobari vaticinia. Faxit Deus vt mea mens mihi lęua sit,& coniector in hac re falsus appaream.

Agosto. Augustus.Sextilis. *Hazer el Agosto.* Vide,*Cosecha, Agostar el cãpo.* Ardenti solis æstu agrorum exuri virorem,pulchritudinem extingui, expirare virentia.

Agotar. Exhaurio.Ad incitas redigi. *Agotaseme la paciencia.* Intolerandum est hoc, nec ad sustinendum patientiæ vires sufficiunt. *El ingenio.* Ingenij, & sapientiæ meæ iam fontes sitiunt,exhauriuntur.

Agradable. Gratiosus, gratus,acceptus, periucundus alicui. *Agradar.* Placeo, es. *Mucho me agrada esto.* Hoc mihi maximè arridet. Volupe est,pergratum,atque iucundum.

Agradecer. Agradecereshe , mientras viuiere, la merced recibida. Memoriam beneficij tui , dum vixero, & superstes fuero , beneuolentià colam , seruabo , retinebo sempiternà. Grata memoria tanti beneficij cum vita ipsa perennabit. Semper me gratum , memoremque præstabo , memorique mente , & animo gratiam pro collato beneficio dignam persoluam. Id tantum beneficium, quoad vixero gratum, acceptumque referam : fortasse , & illa ipsa posteritas,si Deus vitam,& famam meis scriptis dabit: *No puedo agradeceros parte de tantos beneficios,como me aueis hecho.* Nullam partem tuorum in me meritorum

non

non modò referenda, sed ne cogitanda quidem gratia consequi possum. Tam insigne beneficium non solum illustrare, sed vel aliqua ex parte persoluere non audeo. Quid ego ad tantum beneficium dicam, aut soluam, nisi non habere quid dicam, aut respondeam? Veluti oculi, in quos subito, magna lux venit, connìuent, & clanduntur: sic mihi pectus larga ista humanitate perfusum,& penè addam confusum. *Muy bien se lo agradeciò, y pagò.* Retulit illi parem gratiam cumulatissimam persoluit, reddidit, præstitit, habuit, præbuit, restituit, beneficiumque maiori beneficio remuneratus est, compensauit, rependit. Vide, *Gratia. Agradecido.* Gratus, beneficij memor. *Agradecimiento.* Grati animi memoria. Gratia, gratus animus.

Agrauiar. Facere, inferre alicui iniuriam, iniuria aliquem afficere. Vide, *Injuriar. Agrauio.* Iniuria, æ. *Agrauio se me haze.* Iniurium hoc mihi est. *Sin agrauiar a nadie.* Nullius iniuria.

Agraz. Omphacium, ij. *Cosa de agraz.* Omphacinus, am.

Agregar. Se ad amicitiam alicuius aggregare, ad rem. Vide, *Iuntar. Agregado de cosas.* Congeries bonorum, virtutum cummus, aut congesta summa.

Agresor. Insidiator, pètitor, inuasor.

Agria cosa. Acer, is, e. Acerbus, am. *Questa agria.* Arduus cliuus. *Agrio sustantiuo.* Acor, òris. Acrimonia, acerbitas, atis. *Agrimonia, hierua.* Eupatorium.

Agricultura. Vide, *Labrador.*

Agua. Aqua, vnda, lympha. *Agua llouediza.* Pluvia cœlestis, imber collectus. *De fuente.* Viua. *De Rio.* Iugis, perennis. *Rosada.* Ex rosis, & floribus stillata, liquata. *De estanque.* Reses, idis. Stagnans. *De pozo.* Puteana, vel putealis. *Que passa por açufre.* Albula. *Agua pie.* Vide, *Vino. Agua entre cuero, y carne.* Intercus aqua. *Agua miel.* Hydromelis mulsa, æ. *Agua ardiente.* Vide, *Vino. Agua bẽdita.* Aqua lustralis, piacularis, sacra. *Hecharia.* Circumferre, aspergere lustrali aqua cœtum, populum. *Aguador.* Aquator, oris. *Del exercito.* Lixa, æ. *Aguaduche.* Aquæductus. *Aguamanil.* Guttus, i. Gutturnium. *Dar agua manos.* Aquàm abluendis, abstergendisque manuum sordibus ministrare, inuerrere, superfundere. Istillare vrceolo, gutturnio. *Soy aguado.* Abstemius sum, non Dythyrambus. Crystàllina lympha mihi ridet, sapit, & volupe est. A vini potu abhorreo, aquam semper sitio, aquam epòto. A vino abstineo. *Aguados son todos mis gustos.* Permissa aliqua acerbitate, & calamitatis felle fluunt mihi mea gaudia, simplicem, putamque voluptatem nunquam gustaui. Diuidit Deus, & acòre quodam aduersæ fortunæ temperat hoc vitæ Falernũ. *Aguar el vino.* Vinum aqua miscere, lymphare, iugulare, vim vini perdere. Dignus est, qui ranis ministret puer iste miscellaneus. *Aguas vertientes.* Diuortia, disidia aquarum. *Aguas viuas del mar.* Æstus maris.

Aguardar. Præſtolor expecto, as, opperior. *Aguardame aqui.* Hic mane. Expecta. Siſte, ſis. *No ſabe lo que le aguarda.* Neſcit, quod ſe manet fatum.

Aguda coſa. Acutus, a, um. *De dos filos.* Anceps, tis. *De ingenio* Perſpicaci, ſolertiq; ingenio adoleſcens, acerrimo, & ad excogitandum acutiſſimo Ingenij acie, acumine quodam incredibili præſtat, floret, valet, à natura prædictus. Vel pilum terebrare mentis acumine poteſt. *Agudamente* Acute, argutè, ſcitè. *Agudeza de ingenio.* Perſpicuitas, ſolertia, acies, acumen ingenij. *De la viſta.* Oculorum, acies. *De palabras.* Argutiæ, arum. *Para picar.* Dicteria, orum. Scomma, atis. *Vueſtras agudezas os dañan.* Ipſe te tuis acuminibus pungis. *Anda agudo* Quaſi ſtimulis agitatus ſatagit.

Aguelo. Auus, i. Vide, *Abuelo.*

Aguero. Auguriũ. Auſpicium, omen.

Aguza nieue aue. Motacilla, æ. Fringilla, æ.

Aguzar. Acuo, exacuo, is, aliquid ingenij aciem. *Aguzar ſacando la punta* Cũſpido, as. Spiculo. Cuſpidem alicui reijnducere. Vide, *Amolar.*

Aguja de coſer. Acus, us. *Peſcado* Acus, i. *De marear.* Acus nautica. Index magneticus. *De los cabellos.* Diſcriminale, is. Acus crinalis. *De bordar.* Acus Babylonia. *De enſalmar.* Acus maior, grandior.

Agujero. Foramen. *Agujerear.* Perforare, perfodere.

Agujeta. Ligula aſtrictoria.

Aguijar vno Propero, feſtino, ar. *A otro.* Stimulare, accelerare, vrgere.

Aguijon. Stimulus, i. *De aueja.* Aculeus. *Aguijonear à alguno.* Stimulos admouere, pangere, fodere calcaribus armos. Aculeatus. *Coſa con aguijon.*

Aguila. Aquila. Iouis, ales. *Mas vale ruin aguila que linda graja.* Cũ aquila eſſe queas, inter graculas primas ne opta. *Coſa de aguila.* Aquilinus. *De nariz aguileña* Grypus. *Aguilucho.* Pullus aquilinus.

Aguinaldo. Strena, Euangelium. Vide, *Albricias.*

A ante H.

Ahechar. Cribro, as, purgo, as. *Ahechado es quando dize.* Sunt, quæ dicit omnia ſelectiſſima. Nihil niſi perfectum ingenio, elaboratum affert induſtria. *Ahechaduras.* Purgamentum. Purgamen. Acus, eris A *hecho lo lleua todo* Indiſcriminatim, ſine vllo diſcrimine, nec ſelectu omnia ducit.

Ahelear. Felle, & acerbitate aliquid miſcere.

Ahidalgado. Vide *Hidalgo.*

Ahijar prohijar. Adopto. In filium alicui quem aſciſcere. Adſcititiumque germen ſterili ſuo inſerere trunco. *Ahijado.* Adoptatus Adoptiuus filius, & adoptio, onis.

Ahinco. Conatus, peruicacia, pertinacia, contentio. *Ahincadamente* Contentè, contentioſè. Vide, *Porfiar.*

Ahirmar. Innitor, eris.

Ahito Repletus, fartus cibo. Crudus. *Ahito enfermedad.* Dyſpepſia, æ.

Ahogar. Suffoco. Alicuius fauces præmere, ſtrangulare. Vide, *Ahorcar.*

Ahogarſe en el agua. Aquis, aut fluctibus obrui, de primi, ſubmergi anima

ma illi vi aquarum intercluſa eſt. *Ahogayſos en poca agua.* Leui ſub onere, & faſce ſuccumbis. *Ahogan las yeruas el trigo.* Luxuriantes herbæ ſegetem opprimunt, & læto gramine fata ſtrangulant. *Ahogamiento.* Intercluſio animæ, fauciumque compreſsio.

Ahondar cauando. Altè, profundè terram effodere. *Con el arado.* Sulcum altius imprimere. *En algun negocio.* Rem penitus callere, profunda cogitatione penetrare. Fundum inuenire rei.

Ahorcar, y ahorcarſe. Suſpendo, is. Se, vel alium ſuſpendio necare. Pènſilem ſe facere. Intercludere ſpiritum alicui laqueo inſerto collo. Demittere, deijcere de ſchaſis hominem. Infœlici arbore oppreſsis, compreſsis faucibus ſuſpendi. Librare corpus in aere, intercepto ſpiritu. Innectere collum turpiter laqueo, & fœdè vitam finire, abijcere. *Eſtoy por ahorcarme* Neque quicquam melius eſt mihi, quam ex me, vt vnam litteram faciam lõgam, laqueo collum quando obſtrinxero *Que gano en ahorcarme?* Si nunc me ſuſpendam, meam operam luſerim: & præter operam: reſtim ſumpti fecerim: & meis inimicis voluptatem creauerim: *Mas que te ahorques.* Laqueũm tibi mando, & reſtim porrigo.

Ahorrar al eſclauo. Manumittere ſeruum. Libertate donare. *Ahorrar de gaſtos.* Sumptibus parcere. *El que ahorra.* Parcus nimis, ſtrictæque naturæ, & pecuniæ tenax. *No ſe ahorra con nadie.* Vide. *No es acceptador de perſonas.* *Ahorrado de quanto ay en el mundo.* Qui cuncta humana repudiat, eiſque ſe abdicat.

Ahuchar. In capſellam fictilem nummulos abdendos conijcere, aſſeruare.

Ahumar. Fumo, as. Fumum emittere.

Ahumar, y ahumado. Vide, *Humo.*

Ahuyentarſe. Fugo, as. Hoſtium copias fuſas, deletas in fugam conuertere, conijcere, cogere. *Ahuyentar ganado,* Abigere pecus, armenta.

A ante I.

Ajar. Atrecto, as. tactu pulchritudinem floribus delibo.

Ajo. Allium, i. *Ajo nuez.* Alliatum.

Ajonjoli. Seſsàmum, i.

Ajuſtar algo de quentas. Rationem ſupputare. Numeratis calculis rationem ſubducere. *Ajuſtar vna coſa cõ otra.* Adaptare, accommodare rem rei. *Ajuſtarſe con lo que puede.* Se ipſum metiti, & pro facultatibus sũptum facere. Contĩnere ſe in pellicula.

A ante L.

ALA de aue. Ala. Penna, æ. *Del pez.* Pinna, æ. *Del tejado.* Subgrunda, æ. pars prominens tecti. Imbricamentum. *Ala de exercito.* Ala militaris. *Alado con alas.* Penniger, pennatus, pennitus. *En los pies.* Pènnipes. *No des alas a eſte muchacho.* Nimia indulgentia tua ne puero liberiorem addat licentiam, libertatemque afferat. *Cobra alas.* Superbos ibi ſpiritus arrogat, & capit animos. *Quebrarle las alas.*

Animos eius infringere, comprimere arrogantes spiritus, conatusque compescere.

Alabar. Laudo, as. *Todos le alaban.* Omnes illi maximam laudem tribuunt, impertiunt, deferunt. Laudibus ornant, cumulant, efferunt, tollunt, extollunt. Celebratur, prædicatur, commendatur maximè ab omnibus. De illius laudibus est fama consentiens. *Por su virtud merece que le alaben.* Omnibus illum virtutibus accumulatum meritò, quasi plena manu, & ore concio dilaudat. Nil oriturum alias, nil ortum tale ob clarissimum vitæ splendorem, virtutumque gloriam fatentur omnes: atque in hæc erumpunt præconia laudum. O fastigium, & culmen probitatis! O ornamentum virtutis, seges veræ gloriæ! Nunc ipsa honestas, virtus ipsa floret, & pietas. *Sertis alabado mientras vivieren los hombres.* Tui nominis commemorationem cum omni posteritate adæquabis. De tuis nulla vnquam ætas laudibus conticescet. Tuarum gloria, laudum cum æternitate perennat: nec vitæ nostræ exiguis finibus terminatur, nec terminis definitur. Temporum, & annorum spatijs tuam non dimetiris famam, quam præconia laudum semper prosequuntur æterna. Viuet virtutum immortalis tua fama, exedente semetipsum liuore; neque vllo laudis angusto margine includetur, quæ totum orbem theatrum habet. *Alabança.* Laus. Laudatio, commendatio, præconium, prædicatio, encomium, elogium. *No vsurpeis alabanças agenas.* Nihil tibi de alienis laudibus arrogæs, sumas, attribuas, detrahas, delibes, quas tibi falsò affingas. Aliorum laudes ne vsurpes. Falcem liuoris tui in alienarum messem laudum ne immittas. Quid cornicula pauonis tibi plumas affingis? *Alabador.* Laudator. Encomiastes, æ. *De si mismo.* Suarum rerum, & laudum fastidiosus præco, prædicator, buccinator egregius.

Alabardero. Stipator, ris. Custos corporis Regis. Satelles. *Alabarda.* Securis Romana. Hasta bippenis.

Alabastro. Alabastrum, i.

A la buelta. Post reditum, cum redierò.

Alacena. Riscus. *Donde se guarda de comer.* Promptuarium. Cella penaria.

Alacran. Nepa, æ. Scorpius.

Alaches. Capilli temporum. Alæ, arum.

Alazan caballo. Heluus, geluus equus.

A la mañana. Primo diluculo, prima luce. Sub auroram. *Venid mañana, de mañana.* Castrina die mane, tempore antemeridiano venias. *Al canto del gallo.* Gallicinio. Sub finem noctis, quarta noctis vigilia. *A la noche.* Noctu, nocturno tempore. *Al anochecer.* Sub noctem, & occasum Solis. *A la media noche.* Nocte concubia, intempesta.

Alambique, ò alquitara. Turbo vitreus. Meta furnaria, in qua vi ignis eliquatur aqua. Sublimatorium.

Alambre. Electrum. AEs filatum ductile. *Cosa de alambre* AEneus, am.

Alamo blanco. Populus, i. *Negro.* Alnus,

nus,vlmus,i. *Alameda*. Vlmarium, populètum,arborètum,i.

Alançar. Expello. Vide, *Echar*.

Alançear. Transfigere costas, lanceà confodere, traijcere.

Alano perro. Canis hybris auxiliaris.

A la par. Pariter,vna,simul.

A la partida. Discessu,indiscessu,abitu.

A la postre. Denique. Ad extremum, in calce.

Alarde. Recensio. Transuectio,copiarum. *Hazerle*. Exercitum recensere in transuectione, lustrare, inspicere arma militum. *A arde hazer vno de sus cosas*. Sua venditare,ostentare,prædicare.

Alaracadas hazeis. Tragædias excitas,sine causa,turbas facis.

Alargar. Laxo,as. Vide, *Estender, y dilatar el tiempo*. *Alargado me he en mi oracion*. Longum prouexit me res ipsa,in qua liberis quadrigis in uehatur, & exultet oratio. Vide, *Largo*.

Alarido. Vociferatio, eiulatus. *Darlos*. Vociferari, eiulare quæstus ciere. Inconditè conclamare.

Alarife. AEdilis,ædificiorum æstimator.

Alastrar la naue. Saburro,as.

A las vezes. Interdum,aliquando,

A la tarde. Vespere,tempore vespertino,pomeridiano.

Alba de la mañana. Vide, *Alua*.

Alua, vestidura Sacerdotal. Alba, vestis pura,bysina,carbasina.

Albacea. Testamentarius,i.

Albahaca. Basilicum. Ocimum,i.

Albañar. Cloaca. Colluuiarium. *Lo que corre por èl*. Eluuies,ei.

Albañir. Faber cæmentarius. Structor.

Albarda Citella. *Es para silla y albarda el moço* Puer ad omnia prōptus. Ad omnem scenam machina versatilis. *Puedenle echar vna albarda*. Muliones mulos clitellarios habent: ego homines habeo clitellarios, magni sunt oneris, quidquid imponas, vehunt. *Albardar*. Asino clitellam imponere. *Albardero*. Clitellarius.

Albayalde. Cerussa, æ. Vnde. Cerussatus.

Albanega. Reticulum, i.

Alberca. Vide, *Estanque*.

Albergue. Refugium. Hospitium.

Albornia. Labrum fictile.

Albornoz. Sagum, i.

Albeytar. Mulo medic⁹, medicus equarius.

Alborear. Diluculo, as. Vide, *Alua*.

Alboroço, ò alborbola Iubilus, exultatio. *Alboroçarse*. Iuuenili ingenio, & alacritate exultare.

Alboroto. Tumultus, us. Seditio, nis.

Alborotar. Perturbo. Vide, *Reboluer*. *No alboroteis el Pueblo*. Quid turbas facis, nouasque res in populo moliris? Concitas, commoues, conflas seditionem. Classicum veluti canis ad Rempublicam perturbandam? Quid facem cæteris seditiosis hominibus ad tātum Reipublicæ incendium prætulisti? *Alborotador*. Seditiosus. Turbulentus. Violentus. Seditionis auctor, nutricula.

Albricias, ò aguinaldo. Euangelium. Strena. *Darlas*. Optatissimum iucundissimumque nuntium diferen-

ti, referenti, dare, elargiri menytrum, euangelium, strenam.

Alcacer Farrago, inis. Viridans seges ad pabulum. *Ouro está el alcacer para campoñas.* Annosam arborem transplantas. Iam obdurui, & obcallui ad ea, quæ proponis.

Alcazar. Arx, cis. Vide, *Fuerte.*

Alchachofa. Acanthus, i. Cinara, æ.

Alcancia. Capsella fictilis.

Alcançar lo alto. Attingo, contingo. *Al que và delante.* Assequor, consequor. *Alcançar por ruegos.* Impetro. Precibus aliquid obtinere ab aliquo. *Por sacrificios.* Perlito, as. *Conseguirlo.* Adipiscor, nanciscor, obtineo, consequor. *Esto bien se me alcança.* Hoc mente, animo, ingenio assequor, comprehendo. *No lo alcançers.* Hoc refugit, non capis, non assequeris. *No todos alcançan esto.* Non est cuiuslibet Corynthum adire, nec sus quiuis hoc sciet. *Yo os alcançerè le quenta.* Artificium tuum dissoluam. Ingenioque ingenium vincam, dolumque fraude retexam. *Alcançale en la quenta.* Subductis rationibus multa illum supetaui pecunia. Debitorem se mihi grandis pecuniæ obstrinxit. *Alcançado ando de dineros.* Rei nummariæ angustiæ me valde præmunt, vrgent. *De tiempo.* Nec adscalpendum caput tantillum temporis mihi reliquum est. Temporis angustijs premor. *Alcançe de quenta.* Debiti reliqua summa. *Vale à los alcanços.* Iam iamque premit, & teruidus vrget. Pari cursu contendit. Proximus illi, exiguo interuallo. Iam tenet, & prèndit. *Quanto je me alcança.* Quantum auguror coniectura, & diuinatione. Vide, *Quanto.*

Alcandara. Pertica, æ.

Alcanfor goma. Caphùra, æ.

Alcanquexiyerba. Solanum, scryeuus, i.

Alcalde del crimen. Rerum capitalium Prætor. *De aldea.* Iudex pedaneus. *De las alçadas.* Recuperator.

Alcayde. Præfectus, arcis custos.

Alcahuete. Leno, ònis. *Ella.* Lena, æ. *Hazer este oficio.* Lenocinor, aris.

Alcaparra. Càparis, is. Inturis, is.

Alcaraues. Corum, i.

Alçar lo caydo. Tollo, is. Leuo. Subleuo, as. *Los ojos.* Suspicio, is. Tollere lumina, oculos. *Alçarse con todo.* Omnia pro suis, & sibi vendicare. In suam potestatem, & deditionem redigere, vsurpare omnia. *Aun no alça cabeça.* Nondum erigit, effert caput, nec è suis emergit ærumnis. *Alçòse, quebrò este cambio.* Fidem frègit, solutione impedita illum, vel illi fides defecit. *Alçarse contra su Rey.* Vide, *Reuelarse. Alçarle à vno el destierro.* Leuare, aliquem exilio, soluere.

Alçar figura à vno. Ingenesin, & natales alicuius inquirere, & de euentu, fortunaque iudicare, ex astris, futura prædicere. *Alça prima.* Vectis, siue pertica ferrea. *Alça prima.* Sude ferrea ianuas eleuare.

Alcauala. Vectigal, gabella. Tributum. *Pagarla.* Quintam, vel decimam exagrò, aut re vèndita persoluere. Tributa in vnum annum, pèndere, depèndere. Omnes ordines in singulas suarum ædium regulas sex asses contribuere, pensitare. *Cobrarla.* Exigere, extorquere, colligere. *No se pueden sufrir estas*

alca-

alcaualas. Premimur, obruimur tributis. Tam exacta rerum omnium contributio, & penſum rem familiarem noſtram exhaurit. Imperata, Impoſita tam grandia vectigalia noſtris humeris incubuerunt, vt ſuſtineri vix valeant. Succumbunt, vel robuſtiſsima opum noſtrarum tergora tam immani ponderi,& oneri tributorum. *Alcaualero.* Publicanus. Vectigalium exactor,collector. *Coſa que paga alcaualà.* Vectigalis,e. Vt vectigales, agri. *Su adminiſtrador.* Apodectæ, arum.

Alcoba. Camera,æ. Dormitoriolum.

Alcohol. Stibium,i. *Alcoholar los ojos.* Oculos ſtibio linere,vngere fuligine.

Alcornoque. Suber,eris.Phellus,i.

Alcorque, ò chinela. Crepida,æ.

Alcrebite Sulphur,ris,

Alcuza. Lecythus,i.

Aldaua para cerrar. Peſſulus, obex, icis. Repagulum. *Para llamar.* Cornix,icis. Cantharus,i.

Aldea. Pagus,i.Vicus.*Aldeano.* Paganus,agreſtis. Vicanus,ruſticus. Pagatim, vicatim. *De aldea en aldea. Eſtar en la aldea.* Ruſticor,villicor, aris.

Alderredor. In orbem, circũ,in gyrũ.

Aleche pez. Scombrus,i.

Alegar en derecho. Ex iure agere, leges in ſuum ius adducere, afferre. *Razones.* Cauſam dicere, rationem afferre,reddere. *Autores.* Auctoritate grauiſsimorum hominum ſuã ſententiam confirmare, roborare. Teſtes optimæ notæ,& fidei in medium producere, proferre, citare, allegare.

Alegrarſe. Lætor, aris. Gaudeo. *Alegreme mucho con vueſtras cartas.* Ex tuis litteris ſuſcepi, accepi,percepi,hauſi,traxi lætitiã,gaudium, voluptatem,iucunditatem, delectationem maximã. Ad tuas litteras exiliui,exultaui,affectus,perfuſus ſum incredibili gaudio. Repentè, cum primum tuas litteras legi, omnibus inceſsi lætitijs, & geſtiuit præ gaudio animus tripudiare. Nulla mihi res tam iucunda,& voluptabilis vnquam fuit, quam tua epiſtola, littera, & manus. His legendis, & relegendis mirificè captus eſt animus,paſtus,recreatus. *Alegrate.* Exporge, l.porrige frontem. *Alegria.* Hilaritas,lætitia,gaudium,iucunditas,voluptas. *Alegre.* Alacer, hilaris,iucundus. *Alegremente.* Hilari, porrecta ſerenà fronte, læto vultu, & animo. *Alegrame eſto mucho.* Me iuuat, delectat, maximè exhilarat. *Alegrar a otro.* Aliquem exhilarare. Riſum, lætitiam alicui mouere. Hilarem, lætumque reddere,efficere.

Alentar a otro. Animum, alas alicui dare, addere, adfigere. Erigere in bonam ſpem. Vide,*Animar.*

Alentarſe. Se ipſum excitare, animos capere,halitus. *Por reſpirar.* Reſpiro. *Alentado moço.* Animoſus. Martis pullus. Qui erecto animo graditur. Feruidus.

Alerta, eſtar alerta. Quaſi ex ſpecula, diligenter inuigilare. Attentis animis alicui rei adeſſe.

Aleſna. Subula,æ.

Aleue. Perfidus, perduellis.

Alexarſe. Longè abeſſe, prògredi.

Alfa-

Alpharero. Figulus, i. *Su oficina.* Figlìna, æ.

Alfarfa yerua. Herba medica.

Alfange. Falcatus enſis. Acinaces, is. Harpe, es.

Alfage de azeyte. Trapes, ètis.

Alfenique. Cupidiæ, arum.

Alferez. Signifer, i. Anteſignanus, vexillifer, vexillarius.

Alfiler. Acicula, æ.

Alforja Mantica, aſcopeta, bulga, æ.

Alforça de veſtido: Sinus, us, plica.

Algaçara. Maurorum alacris iubilatio, vociferatio. In condite voces.

Algarroba. Siliqua Ceratia, æ.

Algibe. Ciſterna, æ.

Algo. Aliquid. *Algo vergonçoſo.* Subuerecundus. *Sordo, y caluo.* Surdaſter. Caluaſter. Sic de cæteris.

Algodon. Goſſypium, i. Xilinum, i.

Alguazil. Accenſus, i. Satelles.

Alguna vez. Aliquando, nonnumquam. *Algunas vezes.* Interdũ, aliquoties. *Alguno, ò alguien.* Aliquis, quiſpiam, nonnullus, vllus. *Alguno de los dos* Alteruter, ius. *Algunos en numero.* Aliquot. *Algun poco.* Aliquantulum. Aliquantiſper. *Algunos pocos mas.* Compluſculi.

Alhajas. Suppellex, tilis.

Alholi, ò alhondiga. Horreum granarium, i. Horreum publicum. Cella frumentaria.

Alombra. Tapes, ètis. Tapètum, i.

Aliança. Fædus, eris. Confæderatio.

Aliarſe. Fædus, facere, pangere, inire, ferire, icere, percutere. *Aliado.* Fæderatus, conſæderatus.

Alicates. Forficulæ, arum.

Aliento. Halitus, ſpiritus. *Tomarle.* Ducere, haurire ſpiritum, animam.

Alimentar. Alo, is. Alimenta miniſtrare. *Alimento.* Alimentũm.

Alimpiar. Tergo, is. Mundo. Vide. *Limpiar. El alma de pecado.* Expio, as. Animũ emaculare, eluere ſordib⁹.

Alindar vna tierra cõ otra. Agermeus tuum tangit, confinis, finitimus iacet tuo.

Aliño. Cultus, us. Elegantia, nitor, ornatus. *Aliñar. Componer algo.* Concinnare, apparare ornare, inſtruere. *Aliñarſe.* Vide, *Afeytarſe. Cõponerſe. Aliñado.* Eleganti, atq; ex omni parte compoſito ornàtu conſpicuus, cõptulus, nitudulus, excultus *Aliñadamente.* Ornatè, eleganter.

Aljofar. Margaritarũ linea, vnioònis. Margaritum, i.

Aliſtar. Vide, *Soldado, Gente, y Guerra.*

Aliſar. Lænigo, as. Polio, is.

Aliuiar carga. Leuo, as. Deonero. Alleuo. *Dolor.* Lenio, mitigo, ſedo, as. *Con ſolo veros me aliuio.* Tuo, aſpectu meus dat interualla dolor, intermittitur, remittitur, lenitur, conſopitur ſenſus acerbitas. Vide, *Conſolar. Aliuio.* Leuamen. Solatium. Laxamentum.

Aljuba Moriſca. Veſtis Punica.

Allà voy donde tu eſtas. Iſtuc tendo. *Donde eſtà aquel.* Illuc. *Allà, ò acà,* Huc, aut iſtuc venias. *Allà ſe lo aya, con ſu pan ſe lo coma.* Sibi habeant, ego meos cotymbos necto. *Allà van leyes dode quieren Reyes.* Lex moribus applicatur, non mores ad leges emmendantur. Lesbia regna. *Allà daràs rayo.* Iuppiter ſuper alienam fulminet domum, ſi quid mali in Pyrrham. Feriant altas fulminaturres. *Allà ſe lo aya con ſu herencia.* Sibi hæreditatem habeat, & ſua

pro-

prosit fortuna. *Alla voy, y no hago mengua.* Inutilis, inhabilis, quocumque te conuertas, obstabis.

Allanar Explano, adæquo, as. *A esso me allano.* Istam conditionem, & legem libenter fero, tolero.

Allegar, juntar. Congrego, cogo, compellere in vnum locum. *Allegarse gente.* Coire, concurrere, conuenire. confluere in aliquem locum. *A algun lugar.* Accedere, appropinquare. Vide, *Acercarse. Al parecer de alguno* Alicuius sententiæ subscribere, accedere, adhærere. Vide, *Parecer. Allegar à lugar.* Vide. *Llegar. Allegador de la ceniza, desperdiciador de la harina* Dum pasilla captas, maiora perdis. Quærens obsonium, vestem amisisti. *Allegar al puerto.* Vide. *Aportar.*

Allende desto Præterea. Insuper. *De allende, y aquende.* Vltrò, citròque. *Alli donde esta aquel.* Illic.

Alma con que respiramos. Anima, æ. *La racional.* Animus mens. *Alma en pena.* Larua, lemures. *No tienes alma en essas carnes.* Animus est in corijs, aut in pàtinis? *Vn alma sola, ni canta, ni llora.* Vnus homo non facit ciuitatem. *Aueysme buelto el alma al cuerpo.* Asperisti aquam, redijt animus. Recreasti, refecisti me.

Almadraua de atunes. Cetaria, orum.

Almaçen de armas. Armamentarium. *De azeyte* Taberna aphotheca olearia.

Almaciga. Mastiche, es. *De arboles.* Plantarium. Seminarium.

Almagre Rubrica, æ *Almagrar.* Rubricare, rubricà tingere.

Almena de muro. Pinna, æ.

Almendra. Amygdalum. Nux amygdalina, *Almendro* Amygdalus, i.

Almendrada. Amygdalina potio.

Almidon Amylum, i. *Almidonar.* Amylo byssum inungere, imbuere.

Almente. Cassis, idis. Galea, cassida.

Almirante. Archithalassus, i. Præfetus classis. *Su estado.* Archithalassia.

Almirez. Mortarium. Pila ænea.

Almizcle. Moschus, vel muscus.

Almiuar. Saccharum liquidum, igni decoctum.

Almodrote de hajos. Morètum, intritum Minutal.

Almofrex. Follicuius, siue seccus laneus ad deportandas vestes.

Almohada para la cabeça. Cèruical. *Para assentarse.* Puluinar.

Almoadilla para labrar, ò otra cosa. Puluinus, i.

Almohaza. Strigilis, is. *Almohazar.* Equum strigili depectere, extergere, cutem eradere. Defricare sordes equi.

Almoneda. Auctio, hasta, æ. *Hazerla.* Auctionem facere. Constituere bonorum auctionem. Bona præconis voci subijcere. Sub hasta rem venire, per præconem vendere. Actionor, aris. Subhasto, as. *El que compra algo de almoneda.* Sector, oris. *Comprarlo.* Emere ab hasta in auctione. *Pujarlo.* Augere pretium. *Ponerlo en precio.* Constituere pretium, liceri. Offerre pretium *El que lo pone, ò lo puja.* Licitator.

Almoradux Sampsùchum. i. Amàracus. *Almorçar* Iento, as. *Almuerço* Ientaculum. Sùmmere ientaculum.

Almorrana Ficus, i Marisca, æ.

Almojarife Portoriorum exactor.

Almojarifazgo Portorium, ij.

Almud. Modius,ij. Medimunum.

Aljaua. Pharetra,æ.

A lo mas mas. Vt ſummum, & plurimum, ad ſummum. *A lo menos.* Vt minus, vt minimum. Saltem.

A lo que yo alcanço. Vide, *Alcançar.*

Aloxa. Aqua mulſa. Melicratum, i. Promulſis,idis.

Aloxarſe. Diuerſor,aris. Diuerto. *Aloxar la gente en algun lugar.* Ad aliquem locum milites in Hyberna, ſiue in æſtiua conducere, illoſque de habitatione accomodare. *Aloxamiento.* Hoſpitium, ij. *De ſoldados.* Deductio militum in oppida. Hyberna, orum. *En Inuierno.* AEſtiua. *En Verano.*

Alnafe. Chytropus,odis.

Alpargatas. Calcei canabacei.

Alpechin de aceytuna. Amurca,æ.

Alquerque, juego de pedrecitas. Calculorum ludus.

Alquetifa. Vide, *Alhombra.*

Alquilar vno. Conduco, is. *A otro.* Loco,as. Abloco. *Alquiler.* Conductio, ònis. *Alquilador.* Conductor. *Coſa alquilada.* Meritorius.

Alquexia. Villa,æ. Fundus,i.

Alquimia Ars aurifactoria, Chymica.

Alquitira. Tragacantha,æ.

Alquitran. Naphtta. Bitumen Babylonicum.

Alrededor. Circum Circulatim.

Al reues Præpoſterè, è diuerſo, perperam. Peruersè, corruptè. *Al reues lo hazes todo.* Præpoſterè, & inuerſo ordine omnia facis. Currus bobes trahit, & ſecuri fores aperis. *Al reues me la veſti.* Fonti ocream, tibiæ galeam applicaui. *Al reues ſe ha buelto todo.* Verſa, & mutatu in peiorem partem ſunt omnia.

Alſereno. Subdio. Sub Ioue.

Alta coſa. Altus, a, m. Sublimis. Aerius, excelſus. *Alto de cuerpo.* Procèrus. *Dificultoſo de ſubir.* Arduus. *Alto, eſcondido.* Altiſsima, occultiſsima, abſtruſa res. *Altura de monte* Iugum, vertex. *De cuerpo.* Proceritas. *De medida.* Altitudo, longitudo,inis. *De otras coſas.* Coronis, idis, faſtigium. *Alta mar.* Altum, in altum prouehi. *Hazer alto los ſoldados.* Caſtra metari, ponere caſtra. *Altamente.* Altè. *Alto de aqui.* Ageſis, collige vaſa, hinc celeriter emigremus. *Eſto ſe le và por alto.* Hoc præterit illius ingenium. Hæc difficilia, ſubtiliora ingeniolum illius præteruolant? Altiora, & ſublimiorâ illa ſunt, quam obtuſa illius mentis acies percipere, concipere valeat. *Lo mas alto eſtà en mayor peligro.* Nunc tua res apud ſummum puteum geritur. *Alto và eſte predicador* Hic Eccleſiaſtes alta petit dicendo, & cum in altum prouectus ſit dicendi genus, nullius poteſt ingenium ad illum velificari. Plenis velis fertur, atque à mentis euolat acie, noſtroque ſe proripit intellectu. Cothurnis incèdit, non obſtrepit ſoccis. *Echome por alto.* Petitionem, & poſtulata mea reiècit, rèpulit. Expuit me à ſuo conſpectu. *Alto và ya el Sol.* Medium ferè ſuum curſum Sol agit, curruque prouehitur in altum ſuo. Nec longè à meridie abeſt. *Alto en muſica* Oecentor, òris. *Alto de caſa.* Superior pars domus.

Altar. Altare,is. Ara. *Eſſo es quitarlo del altar.* E mortuis tributũ exigis.

Al-

Alterar. Perturbo. Vide, *Alborotar.*

Alterarse Commoueri, perturbatione quati, concuti. *Alteracion.* Perturbatio. Commotio.

Altercar. Altercor, aris. Contendo.

Altercacion. Contentio. Certamen. Altercatio.

Alteza de animo Magnitudo. Celsitudo animi. *De estado.* Summus excelsus honoris gradus. Dignitas. Fastigium, & culmen gloriæ.

Altiuez. Elatio animi fastus arrogantia. *Altiuo.* Elatus, superbus, tumidus. *Altiuamente.* Elatè, superbè.

Altozano. Collis, is. Locus è minens.

Altramuz. Lupinus, i. Eos, is.

Alua Aurora. Matuta. *Al reyr del alua.* Primâ luce. Summo mane. Illucente aurora. Antelucano tempore, diluculo. Ineunte, albescente die. In ipso nascentis auroræ crepusculo. Incunabula roscida diei, & solis. *Alua ò cedula firmada.* Syngrapha. *De pago y finiquito.* Apocha, æ, acceprilatio.

Aluanega Capillare, is.

Aluedrio Arbitrium, i. *Andar a su aluedrio* Suo arbitro, & voluntate duci, arbitratum suum sequi. Suo iure viuere.

Aluo encendido. Ferrum candes. *Blanco.* Albus.

Aludir Alludo, is.

Alumbrar algo. Lumen, facem alicui ad aliquid præferre. Lucem rei afferre. Aliquid illustrare. *Dios alumbre con bien a esta muger.* Parturienti, aut in enixu laboranti verũ Numen, & Lucina virgo adsit faueat, vt lucem fœtus incolumis videat.

Alumbre piedra. Alumen, inis. Stypteria, æ.

Aluaricoques. Mala Armenia.

Alzorca, ò manilla. Armilla, æ.

A ante M.

Ama, ò señora. Hera. Domina, æ.

Ama que cria. Nutrix. Altrix, icis.

Amar con eleccion. Diligo. *Con afecto.* Amo. Deamo. *Con mucha aficion.* Ardeo, æstuo, flagro alicuius amore. *Amale tiernamente.* Tenero, & suaui illium prosequitor amore, complectitur. Fert, gestat, tenet in oculis, in medullis. Adeò in illius ardet amore, vt vel absentem foueat gremioque, & amplexu contineat illius delitiæ, voluptas, amores. Antonius est. *Por amar mucho este niño la virtud, merece que todos le amen.* Quod virtutis amore, studio, cupiditate hic puer ardeat, incendatur, inflammetur, trahatur, ducatur; quod honestatis capiatur, tapiatur pulchritudine: dignus est, quem summâ omnes beneuolentia, & amore prosequantur, complectantur: qui omnium sibi voluntates concilient, charissimusq; optimo cuique sit. *No me amays como soliades.* Pristinus ille tuus erga me amor magna iam ex parte refrixit, consopitus est. Arctissima illa pristini amoris vincula, quibus deuinctus vtriusque animus tenebatur, rupisti. Ignes illi viui amoris litterarum flabro non excitati; aut sopiti, aut inter mortui, aut extincti sunt. *Amanse mucho los dos.* Mutuo, & reciproco amore tenentur obstricti. Vnus animus, vnus halitus amoris igne vtriusq; corpus informat, & amore, &

mutuis sibi respondent, certant officijs. *Amable cosa.* Amabilis, e, chàropus, i. gratiosus. *Amablemente.* Amabiliter. *Amador, ò amante.* Amator. Amans, Amasius. *Amado* Charus; i.

Ambar, olor. Maris flos. Sperma cæti; ambra, æ. *De quenta.* Succinum, electrum, i.

Amaestrar. Vide, *Enseñar.*

Amagar. Minor. Minitor, aris. Minas intendere. Vide, *Amenaçar. Amago.* Terror oris. Minæ.

Amamantar. Lactè infantem nutrire, lactare, alere. Vide, *Criar.*

Amancebado. Concubinarius, & concubinàtu pollutus, infectus. Concubinarum illecebris implicatus, irretitus, infami Veneri indulgēs. *Amancebimiento.* Concubinatus, us. Pellicatus.

Amanecer. Illucescere, affulgere diem. Iam dies apperit, se aperit. Lux adest, sol exoritur, dies aduentat.

Amançillar. Commaculare, polluere. Vide, *Manchar.*

Amantra. Ritu. More. Instar.

Amano està todo. Vide, *Mano.*

Amansar al enojado, Iratum alicuius animum mitigare, sedare, placare, lenire, flectere, demulcere. Irarum excitatos fluctus alicuius componere. Mitiorem, pacatiorem efficere aliquem reddere. Ad mansuetudinem, vel lenitatem æstuantem irà animum reuocare, paci, & quieti restituere. *Amansarse* Mitescere, deponere iras, mansuefieri. *Amansar fieras.* Cicurire. Assuescere manui feras, mansuefacère.

Amargo. Amarus, a, m. *Amargamente.* Amarè. *Amargar algo.* Amarescere, amarum esse palato. *Amargar à otro.* Acerbo, exacerbo, as. *Amargura.* Amator, acerbitas.

Amarillo. Pallidꝰ. Luteus. *Amarillez.* Pallor. oris. *Ponerse amarillo.* Palleo, expalleo, Pallesco, exalbesco. Pallore inficior. tingor. Pallorem contrabo.

Amapola. Papauer rubem, erraticum fluidum, Rhœa.

Amassar. Subigo, is. Massam subigere. *Bien amassado està el negocio.* Ex sententia, & voto res conflata est, eo deducta, quò maximè cupiebamus.

Amaynar las velas. Contrahere vela, carbasa substringere, colligere.

Amarras. Funes anchoratij, rudentes. *Amarrar.* Funibus aliquem fortiter premere, alligare, adstringere ad currum. *La naue.* Vide, *Ancora.*

Ambicion. Ambitio. Ambitus, us. Studium honoris, immoderata cupiedo. *Ambicioso.* Ambitiosus. Nimis appetens, auidus laudis, & gloriæ. Qui sitit ardenter, colligit, captat, aucupatur, consectatur honorem, dignitatem, populi aures, fauorem inanis laudis vmbras, splendorem nominis, & gloriæ fugacem. *Ambiciosamente.* Ambitiosè.

Ambigua cosa. Ambiguus. *Animales ambiguos.* Amphibia animalia, ancipites bestiæ.

Amphibologia. Dubium dictum, quod dubiam sententiam indicat. Ambiguitas sermonis.

Ambos a dos. Ambo, Vterque, am.

Amenaças. Minæ, arum. Comminatio

tio. *No ſe me da nada de tus amenazas.* Minacias ego iſtas flocci non facio tuas. *Amenaçar.* Minor, minitor. Minis inſequor aliquem Terreo, minas iacto. Terrorem, periculum, metum capitis cædis, iudicij alicui infero, denuntio, oſtento, intendo, inijcio, oppono. *Grande mal amenaça* Calamitas, peſtis, malum ingens nobis omnibus immi net, impendet, inſtat, in liminibus noſtris adeſt *El que amenaça* Minitans. Minax. Vnde. Minaciter. *Amenaçando.*

Amenudo. Sæpè, frequenter, crebrò.

Amigo. Amicus, i, *Es grande amigo, y amargo mio.* Eſt mihi Antonius amiciſsimus, mihi cordi eſt. Et me, & Antonium ſummæ neceſſitudinis, amicitiæquè arctiſsima vincula deuinciunt, aſtringunt. Beneuolentia maximà familiaritate, amicitiàque non vulgari coniuncti ſumus. Vtor illo, quam familiariſsimè Amicum ex eſſe Antonium habeo. Hæret in ipſis medullis conceptus illius amor, quem nulla vnquam eximet obliuio. Iādiù in illius ære me eſſe fateor. Cum Antonio, vel intima animi arcana, & myſteria ſunt communia. *Tengo muchos amigos.* Amicorum copia floreo. Cum plurimis. ſapientiſsimis viris ſanctiſsimæ amicitiæ, & hoſpitij communis teſſera eſt. Conſtitutàm, ſanctam, ſtabilitam familiaritatem, & neceſsitudinem habeo cum multis, qui perſtudioſi, & amentes valde ſunt mei. Coiui amicitiæ fœdus cum plurimis, quos habet hexos, & deuinctos eximia benignitas. In legitimam, maturam, & virilem amicitiam multorum inſinuari, excreſcere, atque affectu beneuolentiæ, & colloquijs, velut zephyri flatu eam educare, irrigare. *Amigos hasta la muerte* Conflatam amicitiam vix ipſa mors diſoluet, neque cum hoc illa deſinet æuo. In amore non præuertes, & pati paſſu tecum decurram ſtadium huius vitæ. Ad metam vſque huius curſu humani, amicitiæ noſtræ non disiungentur quadrigæ. Extrema lineare amo, infinem. *Pocos amigos me han quedado.* Multorum deſidero amicorum officia. Deſtitutus incedo amicorum præſidijs, nudum, ſpoliatumque latus meum amicorum congreſſu doleo. Effluxerunt, deſciuerunt, defecerunt multi à me veteres amici, quorum ſtudia, temporum, & locorum intermiſſione extincta ſunt. *En tiempo de higos no ay amigos.* Celicium multi cognati. Dum fueris felix multos numerabis amicos. Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris. Vt cuique homini res parata eſt, firmi amici ſunt: ſi labent res laſſæ, itidem amici collabaſcunt. Amicos res inuenit. *Amigo de taza de vino.* Inquo, dum feruet olla, viuit amicitia *Amigo ſolo de nombre* Linguà amicus, non facto. *Al buen amigo le prueua el peligro.* Amicus certus in re incerta cernitur. In rebus aduerſis vera fides exploratur. Amicus verus longo cōprobatur experimento. *El amigo haſta el altar.* Amicus vſq; ad aras. Ab honeſto deflectendum non eſt amici causa. *No ay tal coſa como vn buen amigo.* Nihil ho-

homini est opportuno amico amicius. *Amigo de amigos.* Diligentissimus amicitiarum cultor, erga amicos officiosissimus. *Amigable* Affabilis, amicus, a, m. *Amigablemente.* Amicè, amabiliter beneuolè, familiariter. *Amiga.* Amica, impudica amasis. Amicula, æ.

Amistad Amicitia, beneuolentia, æ. *Mas familiar* Familiaritas. *Mas estrecha.* Necessitudo, consuetudo. Animorum summa coniunctio. *Tenerla, trabarla con alguno* Cum aliquo iungere, inire, coire, instituere, conglutinare, habere amicitiam. Comparare, conciliare sibi amicos. Amicitiâ complecti, deuincire. In amicitiam incidere. Amicitijs compliczri, obstringi, necti, nexibusque, & vinculis arctissimis necessitudinis teneri. *Desear la amistad de alguno, pretenderla.* Amicitiæ alicuius fores suauiter pulsare. Appetere amicitiam alicuius. In illius serpere, adrepere, insinuari, exardescere amicitiam. *Conseruarla.* Colore, conseruare, tueri, retinere. Nihil delibare, detrahere de amicitiæ flore. Amicitiæ, & sancti hospitij thessseram inuiolatam permanere. In amicitiæ cursu prouehi. *Deshazerla.* Veterem coniunctionem dirimere, tollere, rumpere, diuellere, euertere, dimittere, discindere, dissuere, præscindere, eleuare, excludere. Nodum amicitiæ arctissimum, amabilissimum dissoluere, dissociare. Amicitiæ vale dicere. Sanctæ amicitiæ iura, & fœdera violare, infringere deserere. *Tornara ella.* Depositis offensionibus, & simultatibus ingratiam cum aliquo redire: gratam redintegrare. Ruptam amicitiam assuere, resarcire. Reduci, restitui in gratiam, & amicitiam veterem. Odio extincto, flatu beneuolentiæ intermortuam, & sopitam antiquam amicitiam excitare, reuocareque ad amoris vitam. *El pan comido, y la amistad desecha* Simul, & misertum est, & interijt gratia. Ingratus, qui simul ac leuatur malis, definit beneficij meminisse.

Amita. Tutulus. Phrygius amictus.

Amo ò Señor. Dominus. Herus, i. *En burlas, ni en veras con tu amo no partas peras.* Hinnulus ne cum leone partiatur. Principum, potentiorumque libidini concedendum est. Quid Delphino, & boui commune?

Amodorrido. Veternosus. Veterno, somnoque profundo, & arctissimo captus, oppressus, obrutus.

Amojonar las tierras Sationum ingera definire, finibus terminare, terminisque describere, assignare.

Amolar. Achuere gladium, cote exterere. Vide, *Aguzar piedra de amolar.* Cos, tis.

Amonestar. Moneo, admoneo, commoneo, suadeo, horto, commonefacio. *Amonestacion.* Monitum, i. Monitio, nis. *Amonestador.* Monitor, hortator, suasor, auctor, oris.

Amontonar. Accumulo, coaceruo, as. Construo. Congerere nummorum aceruos, grandem pecuniam. A *montones.* Acceruatim, coaceruatim.

Amoretado color, ò acardenalado. Luri-

ridus, liuidus.

Amor del hortelano yerua Lappa, æ.

Amor. Amor, beneuolentia. *A e hijos, o patria.* Charitas, tis. *Correspondiente.* Mutuus amor, reciprocus, officiosus. *Ni me pagais ni correspõdeis el amor q̃ os tengo.* Nõ mihi in amore respondes, nec parem gratiam, beneuolentiam mutuò, & vicissim in isto amoris certamine mihi refers. Vinceris à me semper officijs, & non obscuris amoris significationibus. Non idem mecum amicitiæ iugum suauissimũ trahis, non æqualis beneuolentiæ præstas, exhibes officia. Pro beneficentia (vt in prouerbio est) Agamemnonem vltisunt Achiui. Maximè requiro, desidero iucundam, & antiquam amoris vicissitudinem, qua alternis, dum certabamus officijs, victoria cum à neutro staret, vtriq; plaudebat. *Amor es la salsa, que todo lo sazona.* Demiror, qui tot vtũtur cõdimentis, eos eo condimento vno non vti, quod præstat omnibus. Nã vbi amor condimẽtum inerit, cuiuis placitum credo. Neque salsum prorsus, neque suaue esse potest quicquam; vbi amor non admiscetur: sed quod est amarum, id mel facit. *Amor torpe mas tiene de yel, que de miel.* Amor, & melle, & felle est fœcundissimus, gustu dat dulce, amarum ad satietatem vsque aggerit. Amor, amara dat. *Perdido estoy de amor.* Omnes homines supero cruciabilitatibus animi. Iactor, crucior, agitor, ffimulor, versor in amoris tota miser. Exanimor, feror, differor, distrahor, diripior, ita nullam mentem animi habeo, vbi sum, ibi non sum: vbi non sum, ibi est animus. Ita mihi omnia ingenia sunt, quod lubet, non lubet: Ita me amor lapsum animi ludificat, fugat, agit, appetit, raptat, retinet iactat. Largitur, quod dat, non dat deludit mihi, nulla abest perditio. A *Dios amor.* Apagesis amor, tuas res tibi habe amor, mihi amicus ne fias vnquam. *Por amor de mi.* Amabò. *Amoroso.* Beneuolus. *Amorosamente.* Amanter, amicè, beneuolè.

Amortajar. Corpus linteo ferali inuoluere. Cadauer insuere syndone funebri ad sepulturam.

Amortecido. Exanimis, exanimatus.

Amortecerse. Vide, *Desmayarse.*

Amortiguar. Conficere, macerare carnem. Extinguere carnis ardorem.

Amotinarse. Res nouas moliri. Dare, facere, commouere turbas, excitare, concitare, conflare tumultus, seditionem. Vide, *Alborotar.*

Amparar. Protego, defendo, tueor, tutor. *A vos me allego para que me ampareis.* Tuas sacras aras tango, vt me sartùm tectum tuearis, in tuam clientelam recipias in tuam me suscipias fidem, in quam me confero. Præsidij causa ad te inuolo, confugio, ne me abijcias, repellas. Tuæ auctoritatis scuto satis me putẽ sine vllo patrocinio contra Gygantes istos tectum. *Amparo.* Præsidium, perfugium. *Sois el amparo de las letras.* Vir ad instauranda disciplinarum studia diuinitus factus, ad fouenda, & illustranda de cælo delapsus. Quem bonarum litterarum Mæcenatem, &

Coryphæum ſtudioſi omnes acclamant, ſuſcipiunt, adeunt. Ad Aſylum amænorum confugiunt ſtudiorum. Vide, *Fauorecer.*

Ampolla. Ampula, æ. *Del agua.* Bulla. *Ampollarſe algo.* Intum eſſe more ampulæ.

Ampo de la nieue. Candor niuis. Nix prima.

A ante N.

Anade. Anas, tis.

Anales. Annales, ium. Singulorum annorum acta.

Anatema, y anatematizar. Vide, *Deſcomulgar.*

Anatomia. Anàtome, es.

Anca. Coxendix, icis. Coxa, æ. *Ir à las ancas.* Coxis equi inſidentem vehi.

Anciano. Anciana, y coſa anciana. Vide, *Viejo, y viejo.*

Ancho. Latus. a. m. *Anchura.* Latitudo. *Andar à ſus anchuras.* Suo iure, & lege viuere, geneoque indulgere, Arbitratu ducere omnia ſuo, amplaque vitæ licentia, & libertate frui. Voluptariæ vitæ laxas deducere habenas. *Anchura de caſa.* Laxitas domus, amplitudo loci, ædium latitudo. *Anchamente.* Latè, laxè, amplè.

Ancora. Anchora. *Ancorar, hechar ancoras.* Dente tenaci firmare nauim, fundare, iàrere anchoram. *Quitarlas,* Tollere, nauem ſoluere, præcidere funem.

Ançuelo. Hamus, i. *Peſcar con el.* Hamo, as. Hamatus. *Coſa con ançuelo.*

Andado. Priuignus. *Andada.* Priuigna

Andamio. Pegma, atis. Ponticulus, i.

Andar. Ambulo, gradior, eris. Gradum facio. *Delante.* Præeo, is. Anteeo, antecedo, prægredior. *Detras.* Subſequor, eris, ſequor. *Hazia atràs.* Retrocedo, regredior, gradum, pedem referre, retrorſum cancrorum more regredi. *Al rededor.* Circumeo, is. *De eſpacio.* Teſtudineo gradu procedere, tardo pede, & paſſu moueri. *Apriſſa.* Accelerare gradum, properare, nimia feſtinatione tendere. *En çancos.* Grallo, as. *En tratos deshoneſtos.* Luſtror, ſcortor, aris. Apud ſcortũ corruptelæ, & liberis luſtris ſtudere. *Por diuerſas partes.* Erro, as, diuagor, diſcurro, peragro. *Vagueando.* Vagor, peregrinor toto foto, vrbe, orbe dilatari, per varia loca curſare. *A ciegas.* Allucinor, aris. *Andar con otro.* Congredior. *No ay quien quiera andar con vos.* Omnes aditum, congreſſum, ſermonem fugiunt tuum. Nemo eſt, qui velit ſe tecum congreſſu, & ſermone coniungere. Nemo te congreſsione, nemo ſermone dignum putat. Tuũ omnes latus deſerunt, contagium tuæ conſuetudinis vitãt. *Anda muy entonado.* Incedit, procedit ſuperbus, glorioſus, magno cum fauſtu, & tumore ſeſe effert. *Muy mal aueys andado en eſto.* Perperàm rem geſsiſti, non pro dignitate ſuſceptam cauſam tractaſti. Ratione, ac via, qua parerat, non in hoc negotio proceſsiſti. *No ſe como andan las coſas.* In quò ſtatures verſentur, ignoro. Quorſum fluant, aut quem exitum habituræ ſint, neſcio. *Todo lo anda el ayre.* Aer per omnia tranſit, permeat, fluens it per omnia. *Quien no puede andar que corra.* Mus

non

non potens subire antrum cucurbitas gestet. *Andar con el tiempo.* Cedere, seruire tempori. *Mal anda est' muchacho.* Gressum in virtute, nec figit, nec ponit hic adolescens. Non recta incedit via, in vitia vergis, inclinat. *Tu andas tras que te dè con algo.* Tumet tibi tuam perniciem, & damnum moliris, & conflas. Iam liuorem scapulis istoc concinnas tuis. *Dime con quien andas, y dirète quiẽ eres.* Talis quisquis est, qualis est familiaris. *Que andas calle arriba, y calle abaxo?* Quid sursum, deorsumque cursitas? *Anda con Dios.* Benè ambulato, benè valeto. *Andariego.* Cursitãdi studiosus, vagandi, & peragrandi cupidus. *No hemos podido andar mas.* Nõ potuimus nostros grandius grandire gradus. Plautus.

Andas de muerto. Sandapila, æ. *Para lleuar Imagines.* Thensle,rum. *Lo que en ellas se lleua.* Fercula, orum. *Que lleuan quatro.* Tetraphorum, i. *Seys.* Hèxaphorum. *Ocho.* Octóphorum.

Andrajo. Pannus, vel pannum lacerum, vetus, assutum, scruta, orum. *Andrajoso.* Panosus. Sordida, squalida veste tectus. Scrutatus.

Anegar. Mergo, submergere aliquem in fluuium opprimere, obruere vndis. *Anegarse la naue.* Naufragari, facere, pari naufragium. Absorberi, vorari, de primi vorticibus fluctibus, tempestate. *Anegarse los cãpos.* Præterfluente ripas fluminis auctu agros inundari, allui.

Angeles Angeli, orum. Beatæ, cœlestes, & ab omni concretione segregatæ mentes. AEtherenati animi, puri, spiritus. Angelici. *Angel de Guarda.* Angelus custos, tutelaris. Homini tuendo diuinitus præpositus, præfectus cœlestis genius. *Cada vno tiene su Angel de Guarda.* Singulari Dei beneficio vnicuique adscribitur hominum suus Custos Angelus. Ex mẽtibus illis cœlestibus, cuique mortaliũ à primo huius vitæ haustu spiritus felici sorte obtingit, qui eũ tueatur, tegat, defendat. Adest, assistit, apponitur, adhibetur, adhæret tutelaris Angelus alumno, puero pedagogus, qui ab omni illum arceat periculo, remoueat, refrenet, atque per rectas ad cœlum semitas dirigat, in cœlorumque arcem triumphantem deducat. *Angel malo.* Malus genius. Dæmon, nis. Cacodæmon.

Angosto, estrecho. Angustus, breuis, arctus. Vnde Angustè. *Angostar.* Arcto. Coarcto, as.

Angustias. Angor animi anxietas, animus angustus. *Angustiar a otro.* Ango, is. *Angustiarse.* Angore confici. Anixium esse.

Anhelar. Aspiro. Spiritum ducere.

Anhelito. Halitus spiritus, us.

Anidar, hazer nido. Nidificare. Construere, fingere nidos. *Anidar, estar en el nido.* In nido accubare, affigi.

Anillo. Annulus, i. *Sin piedra.* Purus annulus, luna. *Para sellar.* Sigillaris. *De desposados.* Prònobus. *Donde se assienta la piedra.* Palla, æ. *Donde se guarda.* Dactiliotheca. Annullarius, i. *El oficial que los haze.*

Animal. Animal, alis, animans, tis. *De tierra, y agua.* Animal amphibium, anceps. *Del agua.* Aquatile. *Del aire.* Volatile. Voluere. *Criado en*

casa. Altile. *Que arrastra*. Rèptile. *Sin sangre*. Insecta,orum. *Yo auia de hazer caso deste animal?* Ego istius pecudis, ac putidæ carnis consilio vti velim? Ab hoc iecto cadauere quid, qua mihi opis expectandum erat? *Animalejo*. Animalculum bestiola,æ.

Anima alma. Anima. Animus, i. Vide, *Alma*. *Animar, dar alma*. Animo, vel animor. *Animar*. *Alentar*. *Vos me animastes à esto*. Meum animum oratione tua confirmasti, excitasti, roborasti, erexisti. Multum mihi animi attulisti, dedisti. Tua oratio contra omnes me fortunæ impetus, & tela armauit, instruxit. Calcar mihi addidisti ad virtutis cursum. Meum pectus oratione tua ad litteras, & virtutem incaluit. *Animo*. Animus, i. *Buen animo tenemos*. Animo forti, excelso, erecto, robusto, confirmato sumus, stamus animis. Præsens nobis animus est. Satis animi habemus. Nescio quæ externa aliqua. Venus circumfunditur, & mini adest, multumque Diuùm indulgentia fauet. *Esso es de poco animo*. Id pusilli animi est, ieiuni, remissi, atque angusti, molis, eneruati, humilis. Vires exere animi, & te virum fortem, inconcussumque præsta. *No perdays el animo, tened animo*. Ne animo cadas. Ne animum demittas, abijcias, contrahas. Expergiscere vègere adolescens. Animum cape. Macte bono animo. Vide, *Exhortar*. *Siento gran quietud en mi animo*. Summa fruor tranquilitate animi. A Equo, libero, pacato, sereno, tranquillo animo sum. Vacat meus animus curâ, ac solicitudine. *Tiene vn animo sincero, es vn Iuan de buen alma*. Animus est illi simplex, apertus, priscæ simplicitatis, & veritatis æmulus, candida præcordia habet. Nulla simulatione, fraude, artificio dolosò tectus. *Animoso*. Vegeto animo, præstanti, excellenti egregio prædituς adolescens. Magnanimus, magni animi plenus, ac roboris, in quo vigor, vis maxima, & virtus altissimi animi inest. *Animosamente*. Animosè, fortiter. *Animosidad*. Vide, *Grandezà de animo*.

Anis. Anisum, i. Anicetum, i.

Aniñado. Puerilis, e. qui puerorum mores affectat, nænias, & nugas. *Aniñarse*. Repuerascere. Ad nuces redire, ad Archytæ plàtagen, hoc est crepitaculum.

Aniquilar. In nihilum redigere, recidere aliquid.

Aniuersario. Anniuersarius. Annua celebranda solemnitas Quæ in orbem redit anni dies.

Annular algo. Irritum reddere, cassùm facere. *Leyes*. Vide, *Ley abrogar*.

Anochecer. Nox properat, accedit, aduentat, contenebrat. Aduesperascit. Crèpera, & dubia iam lux est, proxima nocte. *Anoche*. Nocte proxima, hosterna. Heri, nocte superiore.

Ansias. Angor, affectus vehemens, anxietas, æstus, impetus animi. *Ansiado*. Anxius. *Ansiadamente*. Anxiè. *Con que ansias pretendiò esto!* Quanta contentione, quam enixè, velis, & remis hoc molitus est!

Antaño. Anno proximo superiori.

Ante, preposicio. Ante. *Ante todas cosas*.

Im-

Imprimis cum primum, præ omnibus. *Antenoche.* Ante noctem proximã, tertia retro noctæ, quæ anteceſsit proximã. *Ante de comida.* Præludia conuiuij, Anticibium, Frons conuiuij, quæ primos ſuſtinet impetus famis. *Cuero de ante* Pellis bubalina.

Anteceſſor. Qui præceſsit. Maiores, um.

Anteceder. Antecedo, Præcedo, is. præeo. Anteuerto, is.

Antenado. Vide, *Andado.*

Antena de nauio. Antenna, æ.

Antepaſſados. Maiores, genitores, um.

Ante pecho. Loricalateritia, ſiueſaxca.

Anteponer. Antepono, præpono, is, præfero, præſtantius, præſtabilius hoc duco, habeo. Vide, *Eſtimar.*

Antepuerta. Ianuæ velum, periſtroma, tis.

Anterior. Superior, præſtantior, oris.

Antes de agora. Antea. *Antes.* Prius, potius. *Antes q̃.* Priuſquã antequã. *Antes no.* Quinimò, quin potiùs. *Antes de ayer.* Tertio retro die ab hinc die tertio. Nudius tertius. *Antes morir que pecar.* Mori velim potius quam ſcelere pollui. Mortem mallem, quam culpam. Præſtat mihi centies mortem ſubire, quam ſemel in peccatum labi.

Anticipar. Antecapio, is. *Ganarle por la mano.* Anteuertere alicui, præuertere, occupare, præoccupare aliquid. Peripere coronam alicui.

Anticipar antes de tiempo. Præcipitare vota. *Antes de tiempo llevar los muchachos a eſcuelas.* Pueros vix ſeptenos protudere ad iuris ſcientiam. Pueros vix tinctos grammatices præceptis, alijs ſciẽtijs, & facultatibus tradere imbuẽdos. Præproperos, & feſtinos pueros in præcipitium impeliere facultatũ. Implumes puerosè nidulo grammatices intempeſtiuè ad alias ſcientias aduolare, vnde delecti amittant vtrumque noui Icari auſi altius inuolare, in ignorantiæ præcipites decidunt abyſſum.

Antidoto contra veneno. Antidõtum Phylacterium, ij.

Antigua coſa. Antiquus, priſcus, vetuſtus, priſtinus, am. Vetus, eris. A Eruginis plenũ, ab extrema antiquitate repetitũ. Ab Aboriginũ ſæculo. A matre Euandri. *Del tiempo de Maricaſtaña. Antiguamẽte* Antiquitus, olim, quodam tẽpore. Multis retro ſæculis. *Antiguedad.* Vetuſtas. Antiquitas, tis. *El que tiene mas antiguedad, merece mejor lugar.* Prior tempore, potior iure. Qui prior venit, & prior documẽta virtutu ſignat, id circo quaſi locum in balneis, ita fidem, & honorẽ occupat poſteriſque quibuſque præripit.

Antipodas. Antipodes, qui aduerſa nobis vrgent, premunt veſtigia, & aduerſis nobis veſtigiis ſtant.

Antojos de golоſina. Cupediæ, arum. *De muger preñada.* Pica, æ. Mollities prægnantium, malacia. *Para mirar.* Conſpicilia, orũ. *De larga viſta.* Tubus opticus. *Vſar delios.* Cum feſsi oculi obtenebrant, & deficiunt, ad vitreos confugere atque ad adſcititium lumen per conſpicilia. *Antojo de deſeo.* Libido, nis, effrenata cupiditis. *Antojarſele algo.* Aliquid vehementius appetere, concupiſcere. *Antojarſele hazer eſto.* Libet hoc illi fabere, iuuat,

in libidinem venit. *Antojadizo que se deva huyr de sus antojos.* Libidinosus intemperans. Libidinis mancipium, cui soli seruit, paret, obtemperat. Qui se effundit, profundit in libidinem, qui non ratione, sed libidine viuit. *Que los reprena.* Qui frænat, reprimit, cõhibet, cõpescit, coercer libidinis, immoderatas cupiditates animi.

Antorcha. Funale. Fax. Lycnuchus.

Añadir. Addo, is. adijciò, adiungò. *Añadis mucho de vuestra cabeça.* Multũ addis, affers de tuo, veritate affingis. *Añadis a esse mal otro mayor.* Plurimum occulti ligni suggeritur in hanc flammam. Ad cætera vulnera, quibus rempublicam delere putauit, hanc quoque mortalem plagam inflixit. Malum peiori damno confarsit. *Añadirè, ò pondrè algunas adiciones a este libro.* Hinc libro pulchrum corollarium adijciam, albũm calculum addam. Colophõnem elegantem imponam: Pulcherrimæ huic vesti laciniam, quæ videbatur de esse, adsuam, adnectam, attexam, atque eodem, quo cetera filo pertexam. Parerga adijciam. *A esto se añade.* Huc accedit, spectat. In eandem rem cadit. Huius loci est. *Añadidura.* Ad ditamentem, accessiò, corollarium, appendix. *De pelo.* Mantista, æ. supernondium, auctuarium.

Añafil de Moros. Tuba Punica.

Añagaza. Illicium, illecebræ, arum. Illex, icis.

Añejo. Antiquus, vetus, eris.

Añejarse. Veterascere. Vetustumfieri. Vetustatem, æruginem contrahere. *Añejo Beneficio.* Beneficium siue Paræcia alteri adiuncta, adscripta. Quod confine est. *Anejar algun beneficio.* Adnectere, adiungere beneficium beneficio.

Añil. Glastum, i.

Año. Annus. Annuus orbis. *Cosa de año* Annuus. Anniculus. *Que se haze cada año.* Anniuersarius. *De muchos años.* Annilis, annosus. *Espacio de dos años.* Biennium. *De tres.* Triennium. *De quatro.* Quadriennium. *De cinco.* Quinquennium, Lustrum. Olympias. *De seys.* Sexennium. *De siete.* Septennium. *De ocho, y nueue.* Octo, vel nouem annorum spatium. *De diez.* Deccenium. *Año y medio.* Sexquiannus. *Medio.* Semestre spatium. *Niño de dos años.* Bimus, vel biennis. *De tres.* Trimus, vel triennia. *De quatro.* Quadrimus, vel quadriennis, &c. *Año climatercio.* Climater, èris. Criticus, decretorius. *A entrada de año.* Inueunte, incipiente anno. *A medio año.* Medio anno, medio cursu anni. *Passado el año.* Anno circumacto, vertente se anno, in anni fine, peracto anni cursu. *En menos de vn año* Nondum anni cursu dimenso, ante anni finem, vix expleto anno. *Año del Señor.* Anno salutis nostrę, àChristi ortu, & natali, ab orbe redempto. *De la fundacion de Roma, ò de la creacion del mundo.* Ab orbe, vel ab vrbe Romana condita. Ab origini, creatione, infantia, incunabulis mundi. Ab Adamo effecto, & formato. *Año de Iubileo.* Annus sacer, lustralis, sæcularis. *Tiene mas de sesenta años.* Annos sexaginta natus, aut plus eo, vt conijcio. *Mas ha de vn año sucedio esto.* Plus iam

an-

anno hoc accidit. *Entra en veinte años.* Annum vigesimum init, felicibus auibus auspicatur, ingreditur, attingit. *Cumplelos.* Agit, implet, explet viginti annos. Ad annum vigesimum peruenit. Viginti est iam annos natus. Numerat viginti completos integres annos. *Ha quatro años esto.* Quatuor anni sunt, cum,&c. Hic est quartus annos,quo, &c. Quatuor anni sunt elapsi,cum, postquam, &c. *Ha mil años esto.* Perantiquum,& millenarium est hoc. Vide, *Antiguo. Vn año tarda en cōponerse, y salir.* Dum communtur,dum moliuntur annus est. *Siempre el año passado fue mejor.* Semper superioris anni prouentus melior est *Buenos años te dè Dios.* Candido lapillo hunc annum numeres. Felicibus auibus auspiceris, faustoque illum pede ineas. *Mal año para ti.* Male tibi Deus vertat annum. *Ogaño buen año.* Annus præsens se vberem ostentat, præfert speciem feracis, & luxuriantis segetis. *Cada año.* Singulis annis, annuatim, quotannis.

Añicos te haré. In minutas te partes incidam. Minutatim, incisim te dissecabo, discindam. Faciam vt te hic formicæ frustulatim differant.

Añublarse el Cielo. Cœlum nubibus tegi, obduci, obscurari. Velis adnubilat aura secundis.

Añudar. Innodo, as. In nodos ligare.

Añudado. Inextricabilis, innodatus, insolubilis. *Anudo en el Sermon.* Vide, *Quedarse.*

A ante O.

Aojar. Fascino, as. *El mal de ojo.* Fascinum. Fascinator. *El que aoja.*

Aosadas. Satis, confidenter, audacter.

A otra parte. Alio. *A otro perro con esse hueso* Alium quære similem. Aliam quate incudem, vel quercum. *A otra puerta que esta no se abre.* Aliam oportet rationē ineas. Aliam carpe viam. Hac nihil efficies, aut obtinebis. A *otro que os lo crea.* Alteri fortasse hoc probabis, aut suadebis, non mihi. A *otra que hagas.* Lapsum in posterum caue. Si repetis,aut relabetis, actum est de te. A *otra herida le acabara.* Extrema plaga defuit, quin interit. Punctum acus si accederet, illum conficeret.

Aouada cosa. Vide, *Huebo.*

A ante P.

Apacentar. Pasco,is. *Apacentamiento.* Pastio. Pastus, us. *Apacientanse los ojos con la hermosura,&c.* Pascitur, capitur, retinetur animus, oculi pulchritudine.

Apadrinar. Patrocinor. Vide, *Amparar, y Padrino.*

Apagar. Extinguo, is. Restingo, is. Hinc, Extinctio. Extinctor, oris.

Apalear. Fustibus alicuius tergora quatere, onerare, tundere. Vide, *Tunda.*

Aparador. Abacus, i. Repositorium. *Aderecarle.* Instruere, ornare abacum cœlato argento, lauta supellectile. Exponere abaco vasa aurea,argentea. *Hombre aparador del campo.* Villicus.

Aparato Apparatus, us. *De comedia.* Choragium. Scenicum ſi parium. Velum mimicum. *Aparejo de meſa.* Inſtructio menſæ, apparatio.

Aparecer. Appareo, es. *Apareciôſeme vn Angel.* Angeli ſpecies mihi obiecta fuit, oblata, viſa oſtenſa. *Aparicion.* Apparitio. Species. Viſio. *De comedia, ò apariencia.* Scena verſatilis. *De otra coſa.* Species, vt domus ſpecie, vel ad ſpeciem pulchra. *Caſa de linda apariencia.*

Aparejar. Paro. Comparo, as. *Conuite, ò coſa de aparato.* Conuiuium parare, ornare, adornare, inſtruere claſſem, aciem, exercitum. *Apareja lo que has de aparejar.* Para, quibus paritis opus eſt. *Aparejarſe.* Accingi prępariti ad aliquid faciendum. Expedire ſe, & comparere admunus obeundum. *Aparejado.* Inſtructus, paratus, præmeditatus, aut meditans ad dicendum veniſti.

Apartar à otro. Sèparo, as. Seiungo, remoueo, es. *En ſecreto.* Subduco, ſeuoco. *De otro.* Abalieno, as. Semoueo, es. *Ganado eſcogido.* Sègrega. Egregium quodque caput eligere. *Apartarſe de mal viuir.* Referre pedē, deflectere à flagitioſa via. Vide, *Conuertirſe.* *Apartar à otro.* Aliquem a turpi vita, ab inueterata ſcelerum conſuetudine, à vitiorum cæuo, ac valutabro retrahere, abducere, extrahere, reuocare, auocare. Hærenti in flagitiorum ſentiua, manum, vt emergat, porrigère. *De ſu parecer.* Dimouere aliquem de ſententia, depellere. Vide, *Parecer.* *Apartarſe de algun lugar.* Diſcedo, recedo, proficiſcor. *De mala gana me aparto de vos.* AEgrè abs te diuellor. Dimidium animi tecū trahis in hoc diſceſſu. Moleſtè, per iniquo animo patior, fero à te digredi, diſiungi, ſeparari, à complexu tuo diſtrahi. *Apartarſe del intento.* Digredi à re propoſita. Auertere alio protam. Excedere viam publicam, & furtim relàbi in callem obſcurum. De curriculo deflectere, & animum ad aliquid transferre. *Apartar coſa.* Semigro, as. *Cama.* Sècubo, as. *Con diſtincion.* Secerno, diſtinguo, diuido, ſeco in varias partes. *Apartarſe del camino.* Aberrare, diuertere per auia, vel deuia ab itinere. *Apartamiento.* Receſſus, ſeceſſus, us. Diſceſsio, abitus. Vide, *Partida.* A *parte.* Separatim, ſe orſum. *Coſa apartada.* Remotus, longinquus, ſeparatus, diſiunctus diſſitus, a, m.

Apaſsionado èſtar por alguno, ò apaſsionarſe. Nimio ſtudio in aliquem rapi. Preſtudioſe alicui fauere, ſtudio immoderato proſequi. Pluſquam licèt, & ſatis eſt alicui ſtudere.

Apacible. Placidus, ſuauis, afabilis ſermone, & conſuetudine periucundus. *De condicion.* Natura indole, moribus ſuauiſsimis facilis, & comis. *Apacibilidad.* Facilitas, ſuauitas morum, comitas ſermonis.

Apaciguar. Vide, *Paz, y amanſar.*

Apearſe del caualio. Deſilire, ex equo deſcendere. *En alguna caſa.* Vide, *Hoſpedar.*

Apedrear à alguno. Lapidibus aliquem appetere, petere, inſectari crepitantium ſexorum grandine quatere, obruere. Depluere lapidium

dium tempestatem super alicuius caput. *Apedrearse.* Mutuis lapidibus funda excussis, coniectis sepetere. *Apedrearonse las viñas.* Ingens grandinis vis, tempestas vineas perdidit, vastauit, delenit fructum decussit. *Apedrea.* Lapidatio, saxorum grando. *Apedreador.* Lapidator.

Apegarse. Hæreo, adhæreo, es. *Con aficion à alguno.* Adiungi, adglutinari alicui nimis studiosè, & familiariter. Vide, *Amar.*

Apelar. Prouocare ad superius iudicium, tribunal appellare. *Apelacion.* Prouocatio. Appellatio, nis. Appellator, appellans. *El que apela.*

Apeldar. Fugæ se dare. Vide, *Huyr.*

Apellidar. Imploro. Apello, as.

Apellido. Cognomen. Agnomen.

Apenas. Vix, ægrè, difficilè. Vix dum.

Apercibir. Vide, *Aparejar.* *Apercebido.* Promptus, paratus vir. *Hombre apercibido vale por dos.* Instar multorum est vir, qui ad omnia paratum animum gerit. Iacula præuisa minus feriunt. *Apercibir auisando à alguno.* Moneo, prædico, is, & antè denuncio tibi vt. *Apercibimiento.* Præparatio, nis, apparatus, us. *De auiso.* Monitio, prædictio.

Apesarado. Molestijs confectus, grauis, oppressus. *Apessarado de lo hecho.* Pœnitens facti, pœnitentiâ facti dolens.

Apesgar. Opprimo, dèprimo, àggrauo. Graue onus alicui imponere.

Apetecer. Appeto, is. Cupio, sitio, is. *Apetito.* Sitis, cupiditas, tis, Appetitio, appetitus. Vide, *Deseo.*

Apio hierua. Apium, ij.

Apique irse. Vide, *Anegarse.* *Apique estuuo deste.* Parum abfuit quin, &c. Prope periculum fuit. Parui discrimine mortis.

Aplacar. Placo, as. Vide, *Amansar.*

Aplauso. Plausus, us. *Grande aplauso hizieron a vuestra oracion.* Tua oratio magnos ciuium excitauit plausus. Tibi dicenti iucundus strepitus, grata concionis ad murmuratio, congratulatio facta est, successit. Gestiebat non auditores solum, sed parietes ipsi templi plausum edere, tribuere honorificum. Orationem tuam summus hominum secutus est plausus, & ingenti gratulatione vniuersa concio prosecuta fuit. *Grande aplauso hizieron à nuestros Reyes en su entrada.* Domino, & Dominæ feliciter de nostris annis Deus Deus augeat annos, conclamatum est. Vitam, victoriam fauens turba passim acclamabat. Tantus ex omnibus spectaculis, tantus ex cunctis cætibus plausus excitatus, vt nunquam maior consensio populi vniuersi fuisse in vlla solemni pompa diceretur. Composito plausu excepti, secundis vulgi vocibus celebrari. Plebs plausum, & pantomimica obstrepebant, fauoribus, & lætis vocibus certabant, concentu, & modulis resonabant victores.

Aplaçar. Diem alicui dicere, constituere. *Estoy aplaçado de aqui a quatro dias.* Status, conditus cum diuersario mihi quartus dies est.

Aplazer a alguno. Morem alicui gerere. Placeo, es. *Aplazer vamos.* Placidè, bos. Commodè, sine molestia procedamus.

Aplicarse à algun arte. Applicare se, ani-

animum admouere, mentem rei litterariæ adijcere, & totum se in illam addere. *Aplicar remedio.* Medelam, medicinam adhibere, remedium apponere. *Aplicacion.* Propensio, procliuitas, applicatio, inductio animi, mentis ad aliquid faciendum. *Aplicado.* Propensus, procliuis ad aliquam rem, rei studiosus, alicui deditus.

Apocado. Nimis restrictus, pecuniæ tenax. Vide, *Escaso.*

Apocrifa cosa. Apocryphus, quod non habet auctoritatis pondus.

Apodar. Vide, *Motejar.*

Apoderarse de algo. Rem potiri, & dominari, tenere, occupare.

Apolillarse. Tinea vestem abradi, exedi, atteri.

Apoplexia. Apoplexia. Stupor neruorum totius corporis, atque sensus.

Aporcar los cardos. Carduos terra cõdere, tegere. Aggerare.

A porfia. Certatim.

Aporrear à vno. Hominem tundere, quatere fustibus, pugnis, ictibus. *Aporrearse, ò darse de porradas.* Cõscindere se ictibus, caput illidere, vel allidere ad parietem, omnibus se lacerare modis.

Aportar. Portum tenere. Ad portum accedere. Appellare portum, vel ad portum feliciter peruenire.

Aportillar el muro. Partem muri demoliri, murum fodere.

Aposentar. De hospitio aliquem commodare. Metari hospitium, constituere alicui. *Aposentarse, o aposentarle en su casa.* Vide, *Hospedar.* *Aposentador.* Mensor, designator diuersoriorum. *Aposento, o camara* Cella, cubile, cubiculum. *Apartado.* Penetrale, is. Conclaue, recessus domus. *De baños para sudar.* Assa, orum. *Para comer.* Triclinium. *De mozos.* Procærum. *De mugeres.* Gynæceum, i. *De hombres.* Dromonis.

Apostar. Sponsionem facere, proposita pecunia tenaciter contendere. *Apuesta.* Sponsio. Vincere. *Ganarla.* Vinci. *Perder la puesta.* Vide, *Proposito.*

Apostata. Sacre fidei, vel Religionis desertor, transfuga. *Apostatar.* Desciscere, deficere violato Religionis Sacramento, votorumque fractis repagulis, a vera fide, & Religione. A castris, honestatis, religiosæ vitæ, & Christianæ militiæ ad perfidam sectam, secularem ve vitam transfugere. Auitam, Religionem deserere.

Apostema. Vide, *Postema.*

Apostol. Apostolus. Christi assecla. Vnus ex duodecim Christi contubernio, & disciplina celebritatis Principibus. *Apostolado.* Apostolatus, us, Apostolica dignitas.

Apoyar. Fulcio, is. Sustento. Firmamentum ponere. *Apoyo.* Fulcrum, munimen, auctoritas. *Apoyar lo que otro dize.* Alicuius sententiam approbare, confirmare, roborare, auctoritate sua stabilire.

Apreciar. AEstimo. Pendo. *Poner algo en precio.* Precium statuere, constituere mercibus. *En dinero.* Ad ærare, ære aliquid æstimare. *A precio.* AEstimatio, nis. *Apreciador.* AEstimator, is.

Apremiar. Premo, is. Vide, *Forçar.*

Aprender. Disco, is. *De vos he aprendi-*

dido lo que se. Quidquid scientiæ cognitionis, eruditionis, doctrinæ consecutus sum, à te didici, arripui, percipi, susceepi, hausi. Tu mihi fax, lux, via ad omnium scientiarum disciplinas. A tuis fœcundis Camæuis non semel magnarum artium lacsuximus, expleuimusque tuæ doctrinæ nectere nostri pectoris cellas, non minimum ebibimus sapientiæ. Tuæ ferulæ manum subduximus, & eruditi, instructi, expoliti illa fuimus. *Vn animal que estudiara, mas aprendiera.* Quintum hunc annum sectatis scholas: quin interim, credo, canis si in ludum iret, potuisset iam fieri, vt probè litteras sciret. *Aprendiz.* Discipulus, nouitius in arte, aut disciplina.

Apresurarse. Festino, propero, accelero, maturo, celeritatem adhibere. *Aprissa, apresuradamente.* Festinè, festinanter, properè, celeriter. *Habla muy aprissa.* Vide, *Hablar. Apresurado.* Festinus, præceps, præpròperus. *Apresuracion.* Festinatio. Vide, *Prissa. Apresurar à otro.* Adhibére calcaria alicui, vrgere ad aliquid celeriter faciendum.

Apretar. Premo, comprimo, is. Constringo, arcto, as. *Apretar la dificaltad à algun negocio.* Rem nimis vrgere, molestè instare, incumbere negocio. Persequi rem hominem premere ad eliciendum sanguine. *Mucho me aprietta este çapato, ò vestido.* Calceus torquet, vrit vehemènter pedem. Vestis arcte constringit, comprimit corpus. *Aprieta el argumento.* Vim maximam argumentum habet, affert, vrget vehementer. *Apretarsme tanto, que no se que hazerme.* Eò redigis me, vt quid egerim egomet nesciam. Ad restim me adigis. *Apretadillo està.* Vndiquè premitur, tenetur, hæret, quo se vertat, nescit. *Apretado, miserable.* Stricti iuris homo sordibus, tenax. *No aprieteys tanto que saqueys sangre.* Non sunt sugendi subditi ad sanguinis fontem. Mulgens hircos sanguinem ducit. *Apretura de gente.* Concursus, compressio, turbarũ. *Apretador de perlas.* Spira, linea margaritarum. *Aprieto, ò estrechura.* Angustiæ, arum. *En grande aprieto me veo.* In angustijs maximis versor. In magnas angustias adductus, coactus, compressus sum, veni. Vide, *Peligro. Cosa que mucho aprieta.* Strictorius.

Aprisco. Caula, æ. Onile, is. Stabulum.

Aprobar. Probo, as. Approbare, comprobare sententiam alicuius. Vtraque mano, non solum pollice, iudicium super hac re tuum probamus: Album calculum addere, cretà notare. *Aprobado por voto de todos,* Omnium calculis probatus, vnione signatus; notatus creta. *Aprobado en virtud, &c.* Spectata, perspecta, cognita virtute, sapientia vir. *Aprobacion.* Approbatio, comprobatio. Auctoritas approbæ rei.

A proposito. Opportunè, commodè adrem. *A proposito para algo.* Vide, *Nacido, y apto.* Flos iste ætatis, & anni iste faciles, & ad omnem disciplinam sequaces. *A proposito es essa edad para las letras.*

Apropriar, dar propriedad de algo avno

A liu-

Adiudicare, adijcere, adscribere aliquid alicui. A*propriarse algo.* Assumere, vindicare, attribuere sibi aliquid, & vsurpare.

A*prouechar algo vno.* Progredi, procedere vlterius in litteris, proficere, progressus in aliqua re facere. A*prouecharse de algo.* Aliqua re vti frui, potiri. A*prouechar a otro.* Prosum, des. Vtilitatem, & fructũ alicui afferre, emolumentum facere. *Poco aprouechas.* Parum promoues, aut nihil. A*prouechamiento en letras.* Progressus, processus in litteris. *De otra cosa.* Emolumentũ, fructus, vtilitas. A*pto para algo.* Habilis, aptus, idoneus. A*ptitudo.* Habilitas, facilitas, tis. Vide, A*postar.*

A*puñetear.* Pugnis aliquem cædere, vtramque manu, compressis pugnis aliquem versare, pugnum alicui impingere. A*puñetearse.* Mutuis pugnis quasi bonos pugiles certare, contendere.

A*puntar al blanco.* In scopum collineare sagittam, vel collimare. A*puntò solamente, tocò este punto.* Rẽ leuiter attigit, perstrinxit celeriter. A*puntame si me errare.* Vbi me effugerit, vel defecerit memoria, ibi tu facito, vt subuenias, & sucurras. A*puntar, poner puntos.* Punctum pingere, scribere. A*puntador.* Appictor. A*punto.* Vide, *Punto.*

A*purar el oro.* Aurum purgare, recoquere. *La verdad.* Veritatem rationum, aut argumentorum fidiculis exprimere. Vide, A*ueriguar.* A*purarse la paciencia.* Patientiam tẽtas, tolerantiam meam exhauris. Ad viuum resecas. A *puros ruegos alcançamos esto.* Precum, vi, & importuna contentione, id extorsimus.

A ante Q.

A *qualquier lugar.* Quoquo, quocumque.

A *quanto alcanço, ò Dios me dà a entender.* Quantum conijcere animo possum, suspicari, odorati. Quantum capio, & sapio.

A*quario signo.* Aquarius, i.

A *quartil.* Qui in aquis viuit. Aquàtilis.

A*queste.* Iste, a.d. A*quel.* Ille, a.d. A*queste.* Hic, hæc, hoc.

A*quexar à vno.* Vide, A*fligir.*

A*qui donde estoy.* Hic, hoc in loco. A*qui vèn.* Huc ades, venias. A*qui le duele.* Hinc dolor, hinc lachrymæ, hic sensus, & causa doloris. A*qui de Dios.* Proh Deum. Cœlum testor ipsum, & numen.

A ante R.

A*ra, ò Altar.* Ara, æ. Altare, is.

A*rache pez.* Scombrus, i.

A*rar.* Aro, as. Aratro terram subigere proscendere sulcum imprimere. *Segunda vez.* Offringere glebas. *Tercera vez.* Litare agrum, & colliquias deriuandæ æquæ causa comparare, & ad sementem præparare. A*rado.* Aratrum, i. A*rador.* Arator, oris. *El de la mano.* Acarus, i. tenea, æ.

A*raña* Aranea, æ. *Pescado.* Araneus, draco.

A*rañar.* Vnguibus lacerare faciem, fœdera, arare vngues alicuius ori imprimere. A*raña quanto puede.* Hinc, & inde collegit, congerit, rapit quantum potest essequi.

A*ranzel.* Lex, edictum, quod iustà æsti-

æstimationem, & pretium, vel in rebus, vel in stipendijs præscribit.

Arbitrio. Arbitrium, voluntas.

Arbitro iuez. Arbiter, sequester, tri.

Arbitrar. Arbitror. Vide, *iuzgar.*

Arbol. Arbor, oris. *Pequeño que crece.* Arbusculum topiarium. *Baxo.* Frutex, icis. *Que dà los frutos.* Bifera. *La guia del arbol.* Ramus princeps, caudex. *El tronco.* Stipes. Truncus. *La copa.* Fastigium, cacumen, vertex. *La corteza interior.* Liber, i. *La exterior.* Cortex, icis. *Arbol de naut.* Malus, i. *Arbol de la descendencia.* Auorum, maiorumque series, generis, gentis, & familiæ stirps. Truncus. *Arboles que nacẽ en el agua fuera de las riberas.* Retæ, arum. *Arboleda.* Arboretum, i arbustum. Locus arboribus consitus, sylua, æ.

Arca. Arca, æ. *Del pan.* Mactra, æ. *Del dinero.* Theca nummaria. *De fuente.* Castellum. Lacus, us.

Arquilla. Arcula, æ.

Arcabuz. Sclopus, i. Fistula. Tubus igniuomus, sclopetum, bombarda. *Dispararle.* Explodere, emittere, è iaculari sclopo plumbeas glandes. Grandinem plubeam displodere, depluere. *Arcabuzero.* Sclopetarius, i.

Arcadas de vomito. Nausea, æ. nausearum ructus Nisus vomentis.

Arcaduz por donde và el agua. Aquæ ductus, *Que la saca.* Aquagium, tubus Haustrum, i.

Arcidiano. Archidiaconus, i. *Arcediazgo.* Archidiaconatus, ûs.

Archero. Satelles, itis. Prætorius miles. Lictor, oris.

Archiduque. Archidux, ucis. *Archiduquesa.* Archiducissa.

Arcilla. Argilla. Creta figularis, figularia.

Archiuo. Tabularium, archium. Monumentorum publicorum receptaculum. *Archiuero.* Arcarius.

Arco para tirar. Arcus, us. *De bobeda.* Fornis. *Del cielo.* Iris, idis. *Arquear las cejas.* Supercilia ad frontem tollere, exporrigere. *Arco tirante.* Intentus arcus. Floxo. Remissus. *Arquillo del rabel.* Plectrum, i.

Arçobispo. Archiepiscopus. Primas insulatus, sacro pallio insignitus. Mystarches, æ. Archipræsul. *Arçobispado.* Archiepiscopatus, us. Archiepiscopi ditio. Diœcesis.

Arder. Ardeo, es. Flagro, æstuo, as. *Ardor.* Ardor, is. Calor immodicus, ex æstuans.

Ardid de guerra. Stratagèma, atis. Techna, dolus, ars.

Arena. Arena, æ. *Muy menuda.* Arenulæ puluiscul us. *Arenisco, ò arenoso.* Arenosus a, m. Sabulum, i. *Arenal.* Æquor arenosum.

Arenque. Halex, ecis.

Arfil. Arcitenens, entis.

Argadijo. Rhombus, i. Harpedone, es.

Argamasa. Argilla, figillare opus.

Argolla de hierro. Annullus ferreus. *De esclauo.* Seruilis notæ torques, ceruicale, vinculum infame.

Argumentar. Argumentor. Argumentis ostendo, probo, persequor rationem, disputo, differo, discepto. Ratione, vel auctoritate contendo. *Argumento.* Argumentũ, ratio, inuenti artificiosa expolitio. *Declaracio del argumẽto, ò muchos argumẽtos.* Argumentatio. *De la leccion.* Synopsis, periocha, æ. Argumentum, breuis explicatio, & complexio lectionis.

Ar-

Argumento aparente. Elenchũ. *Falso.* Sophiſma, atis. *De dos cabeças.* Dilemna, aris. *Demonſtratiuo.* Apodicticum. *De antecedente, y conſiguiente.* Enthymemma, atis. *Entrar en el argumento.* Cradum conferre, vel pedem. Initium diſputationis tacere, cominus aggredi, commitere ingenij prælia. *Apretar el argumento.* Eodem gradu occurrere, vinculis Hyppocraticis adligare. Vrgere premere firmiſsimis argumentis, innodare rationis fortiſsimis vinculis. *Sacarle del argumento.* De gradu pellere. *Replicalle.* Inſtare vehementius, validius, fortius inſurgere, inuehi, ſubtilius argumentandi filum deducere, & rationem perſequi. *Soltar el argumento.* Argumenti nodum ſoluere, diſſoluere, obiectionem diluere. *Reſponder.* Satisfacere diſputationi appoſitè congruè cumulate. *Hazer circulo.* In idem ſæpius redire, eodem conuerti. Hyperi vertigo. Piſtilli circum volutio, in eodem ſæpius cæno volutari. *No concluys bien con el argumento.* Hæc cõplexio eſt infirma. Aliud enim, quam cogebatur, illatum eſt. Non id, quod ratio poſtulabat conficitur, & cogitur. Nihil concludit argumentum. *Floxo andais en los argumentos.* Nullius roboris, momenti, aut ponderis, argumenta tua ſunt. Hebetiora ſunt tela, leuis armaturæ, nullam vim habeant, nec acumen. Volſellis pugnas, non gladiis. *No me interrumpais arguyendo.* Ne meæ argumentationis filum rumpas, ratiocinantem interpelles. *A eſſe argumento no ay reſpueſta.* Arginos hoc exarmat oraculum. Valido huius ſyllogiſmi ariete deſtruitur, atque euertitur, quantum per ſe firmum videbatur. *Saca ſangre arguyendo.* Non miſſura cutem, niſi plena cruoris hirudo. *Arguyente.* Argumentans, tis. Oppugnator. *El que reſponde, ò ſuſtenta.* Reſpondens, propugnator. *Replicante.* Superior diſputator. *Replica.* Obiectio, inſtantia. *Argumento, ò materia.* Argumentum, materies, ei.

Armada. Claſsis, is. *Aparejarla.* Parare, inſtruere, ornare, adornare, moliri, comparare, ædificare ingentem claſſem, pulcherrimam, pugnatorum, remigum, & tormentorum, refertam.

Armas. Arma, orum. *Para tirar.* Tela, orum, iaculum. *Mayor de marca.* Arma Achillæ, a. *Ligeras.* Leuis armaturæ. *Armar à ſi, ò à otro.* Armis ſe; vel aliquem inſtruere, induere, munire armorum præſidio. Tegere ſe, accingere ferro. *Armado de punta en blanco.* Catapharactus, atque munitus vndique ad pugnam. *Armado venia de argumentos.* Copioſus, inſtructus, & paratus ad dicendum, differendum venerat. *Armar el arco.* Contendere arcum, balliſtam. *El arcabuz.* Ferream fiſtulam tormentario puluere, & munitione infercire. *Zancadilla.* Aliquem interuertere, ſupplantare, eludere. *Armar à los paxaros.* Tendere retia, dolos meditari auibus. *Armar vna caſa.* Tignis, & trabibus domum rudem informare.

Armas, o blaſones de alguna familia. Inſignia, ſtemmata clariſsima, de-

cora,

cora, monumenta antiquæ nobilitatis. *Tomar armas contra alguno.* Armare capere, sumere, arripere. Furor armaminiſtrat. *Degollòſe con ſus armas.* Suo ſe gladio iugulauit. Sibi malum accerſiuit, ſui ipſius laqueo captus eſt. In ipſum rècedit auctorem dolus, & techna. *Armero que lleua armas.* Armiger. *Que las haze.* Armamentarius. *Armeria.* Armamentarium, i. *Armaçon de alguna coſa.* Rudis materia operis coagmentata.

Armario, ò almario. Armarium, ij.

Armella de cerrojo. Annulus ferreus. *De loriga.* Squammæ, arum.

Armilla para el braço. Armilla, æ.

Armiño. Muſtella Arpina, alba.

Armonia. Harmonia. Concentus, us. Intentioque neruorum, ſiue vocum ſine offenſione ſonantium. *Por artificio.* Vide, *Artificio.*

Arnes, Thorax ferreus.

Arpillera. Lodicula ad operiendas ſarcinas, & inuoluendos,

Arquitecto. Architectus, i. Architector, aris. *Hazer eſte oficio.*

Arrabal. Suburbanum, ſuburbium oppidulum. *Andays por los arrabales.* Circa montis radices verſaris.

Arracadas. Inaures, ium.

Arrancar. Vello, is, reuello, reſigno. *De raiz.* Extirpo, as. Radicitus cõuellere, funditus eruere.

Arras. Arthabo, onis. Artæ, rum.

Arraſtrar. Traho, is. Rapto. *Por juſticia.* Volutatim actis cruribus indiuerſum aliquem deſtrahere, equis differre vinctum currus axi. *Arraſtrar como culebra.* Surpo prorèpo, is. *Arraſtrado te veas.* Serpas humimiſer. Miſerrimam vitam trahas. *Arraſtrado anda, buſcãdote.* Per reptaui, vſque omne oppidũ tui cauſa.

Arraſar Ciudades. Vaſtare, æquare vrbes ſolo, funditus euertere. Et campus vbi Troia fuit. *Arraſarſe el Cielo.* Vide, *Serenarſe. Arraſaronſele los ojos de agua.* Obertæ ſunt lachrimæ, oculi ſunt lachrymis ſuffuſæ.

Arrayam. Mirtus, i.

Arraygar. Rodices agere mittere, tẽdere profundas.

Arrear por adornar. Vide, *Adornar. A la beſtia.* Stimulis, & voce excitare, acuere iumentũ, agere ad viã. *Arre beſtia.* Eia, age, perge aſine.

Arrebañar. Corrado, is. Ali cũ de rapto congere.

Arrebatar. Rapio, arripio, is. Rapto, as. *Arrebatiña.* Rapina, æ. *Andar à ella.* Raptim rapere. *Arrebatarſe, ò arrobarſe.* Arripi animum contemplatione rerum diuinarum ad cœleſtiæ, abſtrahi corporis ſenſibus: tolli leuari ſuper lydera, *Arrebatamiento, ò arrobo.* Raptus exceſſus, us. *De otra ſuerte.* Rapacitas, atis. *El que aſsi arrebata.* Rapax, acis. *Arrebatadamente.* Raptim, temere. *Hombre arrebatado.* Præceps homo, qui temere omnia, & ſine conſilio agit.

Arrebol. Nubes ſolis radijs inardeſcens, quam Sol irradiat, nimbus, ſplendidus, varijs diſtinctus coloribus, ſolis acceſſu iubat ardens. *Arrebolarſe el Cielo.* Rutilare polum, inardeſcere, refulgere. *Arrebolarſe la muger.* Vide, *Afeytarſe.*

Arrectar. Confirmari viribus, vires recipere. Vide, *Conualecer.*

Arredrar, ò apartar. Abgrego, as, arceo,

ceo,es. Vide, *Apartar*. *Arredro*. Vide, *A folio* 1.

Arregizar los braços. Expapillare brachia. Expedire,ea,veſte.

Arregoſtarſe. Regusto, as. *Arregoſtoſe la vieja a los berros*. Lotum guſtauit. Periculoſum eſt canem inteſtina guſtaſſe.

Arremangar la ſaya. Succingo, is.

Arremeter. Irruere, inuadere, inuehi, impetum in aliquem facere, aggredi, adoriri hominem. *Arremetida*. Irruptio, incurſio,onis.

Arrendar, dar à renta. Loco, abloco, as. *Arrendador tal*. Locator. *Tomando à renta*. Conduco, rèdimo. *Tal Arrendador*. Conductor, redemptor. *De coſas publicas*. Publicanus. *Arrendamiento*. Conductio, redèptio,onis. *Arrendar remedando*. Vide, *Remedar*. *Arrendar, tener de la rienda*. Freno,as. Adducere habenas equo.

Arrepentirſe. Pœnitet me mei facti, me id feciſſe, piget, dolet. *Mejores mirarlo antes, que arrepentirſe deſpues*. Satius eſt pridie caueas, quod facias, quam vt pigeat poſtridie.

Arrexaque Apus,odis Cypsèlus.i.

Arriba eſtà. Supra eſt, in ſuperiori loco. *Arriba voy*. Supra aſcendo ſurſum. *Coſa de arriba*. Supernas, atis.

Arribar à puerto. Vide, *Aportar, o llegar*. *No puede arribar con eſto*. Tantam negotij molem ferre, ſuſtinere non valui, ſuccubui oneri.

Arriero. Agàſo,mulio onis.

Arrimar vna coſa à otra. Admoueo, es, Adiungo. *Arrimarſe*. Adhæreo, es. *Para que le ampare alguno*. Ad fidem alicuius confugere. In fidem ſe conferre hominis potentiſsimi. Vide, *Acogerſe*. *Arrimo*. Fultura, fulcimen,munimen,finis. *De fauor*. Gratia,fauor. *Tenerle en alguno*. Niti, inniti alicuius ope,fauore,gratia, fulciri præſidio.

Arrinconar a alguno. In angulum, in priſtinum aliquem detrudere, impingere.

Arriſcarſe. Periculum adirè. In apertare pericula committere. *Arriſcado*. Temerarius,proiectus ad audendum aliquid.

Arroba de peſo. Viginti quinque librarum pondus. *De medida*. Amphora,æ.

Arrobarſe. Stupente corpore rapi. Ecſtaſin pati. Vide, *Arrebatarſe*.

Arrodillar. In genua procumbere. Geniculari, genuæflectere. *A los pies de alguno*. Suplicem ſe ad alicuius pedes, & genua obijcere, proſternere. *Hazer arrodillar à otro*. Congenulo, as.

Arrogante. Vaniloquus, qui multum ſibi ſumit, arrogans, inſolens. *Arrogantemente*. Arrogantèr, inſolenter. *Arrogancia*. Arrogantia, ſuperbia, inſolentia, faſtidium.

Arrojar. Lacio, conicio, contorqueo.

Arrojarſe a algo. Præcipitem in flagitium ruere. In medios hoſtes prorumpere, & confertiſsimas acies ſedere, conferre, immittere. Vide, *Abalançarſe*. *No os arrojeis*. Nihil temere, & ſine conſultatione, conſilioque facias, præcipiti, & inconſiderato animo ne feraris.

Arromadizado. Grauedinoſus, grauedini obnoxius.

Arrope de moſto. Sapa,æ Mellatium.

Arropar. Multa veſte tegere, fouere, operire aliquē, vt incaleſcat. *Arro-*

pare

pate que Judas. Atque audisnè. Harpage: iube sis te operiri, beatus, si consudaueris.

Arroyo. Riuus. Riuulus. *Arroyuelo.*

Arroyado el suelo con lagrimas. De fluentibus lachrymis ipsum pauimentum irrigatum manat. Corriuãtur lachrymæ.

Arroz. Oryza, æ.

Arrugar. Contrahere frontem. Caperare. *Arrugarse.* Contrahi in rugas, rugare, corrugare. *Arrugas.* Ruga, æ. *De vestidos.* Plica, æ. Sinus, us. Pallium corrugat. *Cosa con arrugas.* Rugosus, a, m.

Arrullar al niño. Sopio, is. Cantibus infanti somnum conciliare, vocare, accersere. Lallare.

Arruynar. Deleo, es. Labefacto, euerto, ruinas edere.

Arte. Ars, tis. *Para engañar.* Techna, æ. Dolus. *De fabricar.* Architectura. *De adiuinar.* Mãtice, es. Diuinatio. *Magica.* Magica, ars Magia. *Artes liberales.* Ingenuæ artes, liberalium artium studia, nobiles disciplinæ *Mecanicos.* Opificia mechanica. *Artero, engañador.* Dolosus, vafer, fraudulentus.

Artejo del dedo. Articulus. Condylus.

Artemisia yerba. Artemisia, æ.

Arteria. Vena, æ. Vitalis arteria.

Artesa para amasar. Mãctra, æ. *Artesilla.* Labrum ligneum.

Artesones del techo. Laquearia, ium, lacunar, aris.

Articulos de la Fè. Nerui fidei. Præcipua, & nobilia religionis mysteria. Fidei articuli. Symbola. *Articulo, ò parte.* Articulus. *Por articulos.* Articulatim. *Articular, formar palabras.* Formare verba.

Artifice. Artifex. Auctor, is. *Artificio.* Artificium, ars, ratio. *Alcança algo por artificio, o por tablilla.* Obliquo cursu, & arte aliquid prendere. Ambagibus, & cuniculis dissimulanter pergere ad id, quod conamur. *Artificiosa cosa.* Ingenio, & arte res commendata, artificiosa, affabre, artificiosè, & ingeniosè perfecta. *Artificiosamente.* Affabrè.

Artimaña. Dolosa industria. Vide, *Artificio.*

Artilleria. Tormenta militaria, bellica. Ab hostibus fulminata globorum pondera, euibrata cognita iacula. *Plantar la artilleria.* Figere, collocare idoneo in loco, constituere tormenta bellica. *Disparar la.* Displodere tãto fragore, vt terra mugire, cœlum boare videantur. *Clauarla.* Configere tormenta bellica stiuis in spiracula conjectis, vt displodi nequeant *Artillero mayor.* Tribunus armamentarius.

Artista que oye artes. Qui liberalibus disciplinis philosopiæ operam dat.

Arrestrar algo. Aliquid appetere. *No arrostrarlo.* Vide, *Hastio.*

Arueja yerua. Eruilia, æ. Vitia, æ.

Aruño. Vnguis impressio, leuis perstrictio vnguis. *Arañar.* Vngues ori imprimere, arare, fœdare vnguibus vultum, ora, faciem.

Arçilla, ò barro. Argilia, æ.

Arçon. Ferrum anticum ephippij.

A ante S.

AS, en naypes. Monas, adis. *En dados.* Canis.

Aſa. Anſa, æ. *Tomò de aqui aſilla.* Arripuit, tenuit anſam. *Darla* Prębere, dare anſas ad reprehendendum. *Coſa con aſa.* Anſatus.

A ſabiendas. Vide, *A drede.*

A *jazon.* Vide, *En tiempo.* A *tiempo.*

Aſadura. Inteſtina, exta, orum.

Aſco. Nauſea, ſtomachi faſtidium. *Tener aſco* Abhorrere ab immundo homine Nauſeare. Stomachum, nauſeam hoc mihi mouet. *Aſqueroſo.* Sordidus, pannoſus, ſquallidus, horridus.

Aſcendientes. Maiores, um.

Aſcua. Pruna, æ. Ignitus carbo.

Aſma Aſthma, tis. *Aſmatico.* Suſpirioſus, anhelus, aſthmeticus.

Aſno. Aſinus, aſellus, iumentum. *Siluestre.* Onager *De albarda, y carga.* Clitellarium iumentum, vectarium, dorſarium. *No es la miel para la boca del aſno.* Annulus aureus in naribus illa. *El aſno muerto la cebada à la cola.* Machinas poſt bellum adferre. *Al aſno cebada, y palo.* Aſino gramen, & baculus. *Aſna* Aſina, Aſella, æ. *Soy el mayor aſno del mundo.* Quicumque, vbi, vbi ſunt, qui fuere, quique futuri ſunt poſthac, ſtulti, ſtolidi, fatui, fungi, bardi, baccones, blenni, ego longè anteeo ſtultitia, & moribus indoctis. *Coſa de aſno* Aſininus, am.

Confessar. Fateor, confiteor, eris. Veritatem aperire. *Confessar sus pecados.* De peccatis confiteri. Peccata, crimina, scelera, noxas per confessionem expiare, eluere, salutari medicina maculas delere. Aperire, patefacere, expromere legitimo Sacerdoti intimos animi sui sensus, commissa, maleacta, culpas omnes. Sui pectoris domum pœnitentiæ Sacramento purgare. *Generalmente.* Veterem vitæ telam ab exordio retexere, repetitaque, à memoria vltimâ, noxarum, confessione cunctarum, apud doctum, & virtute inclytum Sacerdotem ex ordine patefacere, recensere, retegere, ponere totius vitæ scelera. *Confession.* Exomologèsis. *Confession general.* Omologèsis. Expiatio totius vitæ anteactæ. *Confessar à otro.* Aures attentas, benignas, pias præstare, dare, exhibere sua commissa fatentibus. *Confessor.* Confessarius. Sacerdos audiendis confessionibus destinatus, expiandis criminibus delectus. Animorum Iudex, & arbiter. Cognoscendis, remittendisque peccatis præfectus. *Confessò Iudio.* Qui à Iudaica gente, & natione infamem maculam cum origine trahit.

Confiar de otro, ò hazer del confiança. Confidere, credere alicui, committere aliquid. *Confiar, estribar.* Nitor, eris. *Confiado.* Fretus, confidens. *Confidente.* Fidus amicus, & familiaris. Cui satis credere possumus. *Confiança.* Fiducia, spes. *Confiadamente.* Fidenter fidenti animo. *Tomar algo en confiança.* Fiduciam accipere. *Heredad en confiança* Fiduciarius ager. *Dar en confiança.* Fiduciam alicui committere. *Darlo en confiança.* Fiduciam committere alicui.

Confirmar. Confirmo, affirmo, as. *El Obispo.* Sacro Chrismate fideles vngere. Confirmationis Sacramento munire, firmare, infide, roborare.

Confiscar los bienes. Proscribere, publicare bona. Fisco addicere. In fiscum refere, confiscare. *Confiscacion.* Confiscatio, publicatio, bonorum proscriptio.

Confites. Bellaria, tragèmata, orum. *Confitero.* Dulciarum, ij. *Confiteria.* Forum cupedinis.

Con-

Conflito. Conflictus, us. Calamitas, tis, anguſtiæ, arum.

Conformarſe con otro. Ad alterius ſe voluntatem conformare, cum altero conſentire. Subſcribere illius ſententiæ, ad illiuſq; arbitrium ſe fingere. *Conformome con la voluntad de Dios.* Animum meũ, & voluntatem ad diuinam apto, & non renuenti paſſu diuinæ curſum diſpenſationis ſequor. *Conformidad.* Sententiarum, & animorum coniunctio, conſenſus. *Conforme al tiempo, al lugar, à lo que mereze vno.* Pro tempore, loco, dignitate alicuius.

Confortar. Vide, *Fortaleza.*

Confundir. Confundo, is. Miſceo, perturbo, as. *Todo lo confundis, y reboluis.* Mare cœlo miſces,, & ſacra prophanis. *Confuſamente.* Confuſè, promiſcuè. *Confuſion.* Confuſio, perturbatio, nis. *Confuſa coſa.* Confuſus, permixtus. *Hallóſe confuſo en eſto.* Implexum, & innexum hoc labyrintho ſe ſentit. Vide, *Dudar. Confuſo ſañudo, y corrido.* Conuictus rubore, ſuffuſus, & confuſus ignominia ſenſi me lapſus eſt.

Confutar. Confuto, refello, is. Conuellere argumenta aduerſaria euellere, falſa eſſe demonſtrare. *Confuſo è, y confundiò al hereje con ſus miſmas armas.* Ingulauit Caluiniſtam in arena ſua ferro ſuo. Lacerantem inceſto calamo mea ſcripta expugi, & fœcundiore dextera depilaui. Crepitacula is, argutæ faæ linguæ me impetentem, potentiore virtute reddidi elinguem. Luxuriantẽ lacinioſis ſtrophis, & commentis fallacibus me illudentem robuſtiore falce demeſſui.

Congoxa. Angor, ris. Anguſtiæ, arum, Anxietas. *Congoxarſe.* Ango, is. In anguſtias deduci. Vide, *Dolor, y cuydado. Congoxado.* Anxius, ſolicitus.

Congelar. Glacie, geluque premere, conſtrigere aquam, &c.

Congraciarſe. Gratiam aucupari alicuius. Alicuius gratiæ velificari.

Congratularſe con alguno. Congratulor, aris.

Congregar. Congrego, as. Compellere in vnum locum. Vide, *Ayuntar. Congregacion.* Sodalitium, ij. Congregatio, cœtus, us.

Congrio Conger, ri.

Congruencia. Res, actio, aut tempus congruens. Conuenientia, æ.

Conjetura. Coniectura, ſuſpicio. *Conjeturar.* Conijcio, is. Coniecto, as, augaror, aris. Coniecturam de aliqua re facere. Aſſequi, proſpicere aliquid coniectura. Diuinare argumentis, ſignis. Suſpitione odorari, nare præſagà aliquid explorare. Alicuius rei coniecturam capere, in coniectura ponere aliquid.

Conjugacion. Coniugatio, onis.

Conjuncion. Coniunctio. *De luna.* Interlunium. Silens luna, lunæ coitio.

Conjurarſe. Coniuro, as. Conſpiro. Ciere tumultum, res nouas moliri Arma capere. Iniciari ſacris, aut ſe deuouere contra Rempublicam. Vide, *Reuelarſe. Conjurar los Demonios* Adiuro, as. *Los nublados* Tempeſtatem imminentem ſacris adiurationibus fugare, longè à ſuis

fini

finibus arcere. *Conjuros de parte de Dios.* Obſtetor te propter Deum, & diuos. *Conjuracion.* Coniuratio, conſpiratio, flagitioſorum hominum coitio. *Conjuros de la Igleſia.* Exorciſmi ſacri, adiurationes, & imprecationis in Dæmonem.

Conjuramentarſe. Sacramento, iureque iurando in aliquid conſpirare, obſtrictos.

Conocer. Noſco, is. Noui, iſti. Cognoſco. *Tengole muy bien conocido.* Totum ad vnguem hominem per callui. Probè, egregièque totius hominis præcordia, & medullas introſpexi. Intima eius conſilia, animiquere ceſſus penetraui. *Quien no te conoce te compre.* Tollate, qui non nouit. Circuit, & fatuos non inuenit. *Todos conocen tus virtudes, y milagros.* Omnium conſcientia conſtrictum ſcelus tuum tenetur. *Aun no conoceys quien ſoy.* Noſtine, qui ſim? *No le conozco.* Ego hunc, qui ſit, neque ſcio, neque noui, neque oculis vide ante hunc diem. *Mira bien ſi le conoces que èl es.* Contempla, vſque ab vnguiculo ad capillum ſummum. Eſt ne? Signum pulcrè pictum videris. *No le conocerà ſu madre.* Vt mater ſua non interroſſe poſsit, quæ mammamdabat. *Conozcole como al Gran Turco.* Noui cum chalea ſimul. *Conocer diſtinguiendo.* Dignoſco, is. *Reconociendo.* Agnoſco, is. *Diſcurriendo.* Diſcerno, intelligo, is. *Conocer de vna cauſa* Cognoſcere, iudicare rem. *Conocimiento* Cognitio, nis. *De pleyto.* Cognitio cauſæ. *Notitia.* Notio, ſcientia, intelligentia.

Conocimiento de cedula. Præſcriptio, nis. Syngraphum, chitographum, i.

Conotar. Vide, *Animar.*

Conquiſtar. Debello, as. Expugno, as. Ditioni ſui imperij vrbes ſubiungere, ſubiugare, ſubigere. *Conquiſtador.* Debellator, expugnator vrbis. *Conquiſta.* Expugnatio oppugnatio, nis.

Conſagrar. Conſecro, as. *A Dios.* Deo ſe totum deuouere, ſacrare, dicare, mancipere. *Conſagracion* Conſecratio, dicatio, nis. *Conſagrado.* Sacer, deuotus. Deſtinatus diuinis, ſacris initiatus myſterijs. *Por mi conſagracion.* Per ſacros ſuſceptos ordines, per inſtiationem meam.

Conſanguinidad. Cognatio, communio, & coniunctio ſanguinis. *Conſanguineo.* Qui ſanguine coniunctus eſt cum aliquo, & gentem ſanguine tangit.

Conſeja. Apologus, i. Fabula anilis.

Conſejo. Conſilium, ij. Deliberatio, nis. Ratio. *Tomarle.* Capere, inire, ſuſcipere conſilium cum aliquo. Vti alicuius conſilio. Conſultum hominem ſequi. Adhibere, admittere in conſilium viros grauiſsimos, peritiſsimumquemque. *Darle.* Dare, præbere conſilium alicui, afferre aliquid conſilij. *Hizelo de conſejo vueſtro.* De tuo conſilio hæci feci. Te auctore, ſuaſore ex conſenſu, & ſententia tua. Tuo impulſu, monitis, & hortatur hoc negotium ſuſcepi. *En la ocaſion ſe toma el conſejo.* Ere nata conſilium Gladiator in arena conſilium capit. *Conſejo Real.* Conſilium Regium. Senatus ſupremus. Regius. *Conſejero.* Conſiliarius.

rius. A Principis consflijs Bulenta, æ. Senator. *Consejero mudo.* Caput sine lingua. *Lugar do se tiene el Consejo.* Buleuterion. *Curia.* Senatus.

Conseguir. Consequor. Vide, *Alcançar. Consequencia.* Consecutio, consequentia. *Consequencia es esta euidente.* Connexi ratio cogit concedere, rectè concludo *Mala.* Vitiosè concludis. *No se sigue de esse antecedente esta consequencia.* Ex his, quæ proposuisti, non complexio ista conficitur. *Consiguiente.* Consequens, tis. Quod ex aliqua re cogitur, fit, efficitur, sequitur. *Consiguiè temente.* Necessario colligitur consequenter. *Consecucion.* Consecutio, nis.

Consentir. Consectio, assentior, iris. *Todos consintieron en el negocio.* Omnes in vnam eandemque rem conspirarunt, pedibus iuerunt. Nemine refragante adissentiente, Approbantibus cunctis, consentientibus omnium calculis, & suffragijs decreta, constituta res est. Congruerunt omnium sententię voluntates, iudicia. *Consentir con alguno.* Acquiescere alicuius voluntati. Accedere ad alicuius sententiam. Subscribere alicui. *No lo consentirè.* Non id patiar, feram, sinam, non commitam, vt. *Consentimiento.* Consensus, assensus, us. Consensio, voluntas. sententia.

Conserua. Salgama, orum. Pyta, vel pompa melle, aut saccharo condita, conditanea. *Conseruar, hechar en conserua.* Condire melle, vel saccharo, condita conseruare. *Conseruero.* Salgamarius. Dulciarius.

Conseruar la salud. Valetudine. & vitæ diligenter prouidere, consulere. Tueri, conseruare corporis sanitatem, vires, robur ætatis. Valetudini operam dare. *Conseruar la Republica* Saluam, integram, incolumen, sartam, rectam seruare, conseruare, tueri, custodire, retinere Rempublicam, aliquem, &c. Prohibere, arcere, rapellere à Republica, pro ipsius salute, & incolumitate, pericula, insidias. *Conseruador.* Conseruator, defensor.

Considerar. Considero, as. *Considerar-do bien.* Rem etiam, atque etiam considera. In consilium maturè omnes tuas cogitationes adhibe, & de singulis delibera. Priusquam rem suscipias, consulto, & diligenti consideratione opus est. Id diù cogita, versa, intuere, tracta, pertracta cum animo tuo. Lustra, prouideque prius rationis, atque animo, quæ possint accidere. Sede iterem, atque iterum ad consilij (vt sic dicam) calculos, & ad libram mentis, & rationis expende cuncta, & tecum ipse diligenter examina. *Consideracion* Consideratio, cogitatum, animaduersio, meditatio, contemplatio. *Consideradamente.* Prudenter, considerare, cogitare, consultè, non temere. *Considerado.* Prudens, attentus.

Consistorio. Aedes consilij publici. Prætorium, ij.

Consistir. Consisto. *En esto consiste.* Hæc est rei summa, in hoc cardine, tota causa vertitur.

Consolar. Solor, aris. Consolationem leuamen, solatij medellam alicui præbere, præstare, adhibere, afferre.

ferre. Solatio alicui esse. Leuare cura, & dolore aliquem afflictum pijs alloquijs, & salutari oratione excitare, erigere, confirmare. Fomenta dolori alicuius admouere. Lenire, abstergere, mitigare dolorem, mærorem, luctum, lachrymas hominis afflicti. *Consolarse.* In maximo meo dolore hoc solatio vtor, fruor. Hæc oblectamenta, & solatia mei mæroris sunt. Hoc vnicum perfugium, & ex hac re aliquid solatij reporto. *No ay consuelo para mi.* Insitus, infixus in animo meo dolor ita penitus est, vt euelli nulla vi, aut ratione possit. Nulla res in tam diuturno morbo mihi medicinam facere potest, dolorem eripere, & salutem afferre. Nullum linum meas abstergere lachrymas, fomentumque lenire valebit dolorem. Nulla res est, nullum solatium, quod aliquam à dolore aberrationem afferat, vindicet, liberet à pessima hac animi ægritudine. *Presto te consolaste en el mal ageno.* In alienis malis lachryma cito exaruit. *Consuelo.* Solatium, ij. Solamen.

Consonar. Consono, as. *Consonancia de vozes.* Concentus, us. Harmonia, æ. *Consonante letra.* Consonans, tis. *De poesia.* Quod in eandem vocem, & consonantem desinit. *Buscale consonante.* Tussis procerpitu.

Conspirar Conspiro, as.

Constellacion Sydus, syderum situs. Constitutio, affectio cœli.

Constancia Constantia, grauitas, animi robur, atque præstantia. *Es hombre muy constante.* Vir est magna quadam constantia, & grauitate præditus, incredibili virtute, & animi robore. Qui veluti rupes sermones assilientes frangit, aut repellit, & gradum semper contra calamitosam fortunam firmat. Qui leuitate nulla fertur, rapitur, constanti semper, & infracto animo est. *Constantemente.* Constanter, firmiter, perseueranter.

Constar. Consto, as. Liquet, bat.

Constituyr. Statuo, constituo, decerno, fancio, is. *Constitucion* Statutum, decretum, constitutio, nis. *De cielo.* Cœli affectio. *Constituydo en alguna dignidad.* Situs, collocatus in excelsus dignitatis gradu.

Constreñir, apretar. Constringo, cogo, impello, is.

Consuegro Consocer, i. *Consuegra* Consocrus, us. *Consuegrar* Filias filijs, parentes mutuò in matrimonium collocare.

Consul. Consul, is. *Consulado* Consulatus, us. *El que ha sido consul.* Consularis, ex consul.

Consulta. Consilium, ij. *Consultor* Consultor, vel consultus. *Consultar.* Consulto, as. Delibero, as. Consilium inquiro, exquiro. *Esto saliò de la consulta.* De consilij sententia hoc pronunciatum est. *No quiero entrar en esta consulta.* Nolio hunc consilio admiscri.

Consumido. Vide, *Perfecto. Acabado.*

Consumir Absumo, is. *Que gomia pudo consumir tanta hazienda?* Quæ charybdis tam vorax, charybdis dico, quæ si fuit, animal vnum fuit,

Oc-

Oceanus, medius fidus, vix videtur tot res tam disſipatas tam diſtantibus in locis poſitas, tam cito abſorbere potuiſſe. *Conſumido de trabajos.* Confectus, exhauſtus laboribus. *Conſumir en la Miſſa.* Pietate, maxima que cum religione ſummere, ſuſcipere ſacroſancta myſteria Corporis Chriſti.

Contar. En hiſtoria. Narro, as. Memoro, refero, trado, prodo munumentis, & ſcriptis. *En numero vno, dos.* &c. Numero, as. *A dinero contado.* Numeratà, præſenti pecunia, repræſentatà. *Contar en quenta.* Supputare numeros ad rationem. *Contado entre los varones iluſtres.* Aſcriptus illuſtrium virorum numero. In clariſsimorum hominum nomenclatura cenſus. In albo honorificentiſsimorum ſignatus, repoſitus, adnumeratus, relatus. *De lo contado lleua el lobo.* Non curat numerum lupus. *Contador Mayor.* Quæſtor ærarius. Ratiocinatorum Præfectus, Argyrò logus. *Contador.* Computator, ratiocinator, calculator. *Contaduria.* Quæſtorium. Conuentus quæſtorum. *Cuento, coſa que ſe cuenta.* Fabella, narratio. Ratiocinatium, ij. *De viejas.* Fabula anilis. *Del tiempo de maricaſtaña es eſſe cuento.* Obſoleta fabella tua eſt. Ab Euandri matre petita, & quæ Faunorum, & Aboriginum ſermonem ſapit. *Quiero contarte vn cuento.* Tibi apologum agere vnum volo. *Que lindo cuento nos contò!* O graphicum mortalem, vt apologum fecit, quàm fabrè, quam ſcirè. *Guſtade cuentos.* Fabellarum auditione ducitur. *Quento de numeros.* Calculus, i. *Quento de marauedis.* Centies decies millies. *Cada vno ſabe muy bien ſu cuento.* Ad ſuum quiſque homo quæſtum eſt callidus. *Cuento de lança.* Contus, i. *Cuenta.* Ratio, ſupputatio, calculus, i. *De coſas menudas, y quotidianas.* Logarium, i. *Cuentas nueuas.* Tabulæ nouæ. *Aya buena cuenta, y no parezca blanca.* Ad calculos res reuocetur, ne teruncius quidem reſtet. Ratio appareat, & non argentum. *Ten cuenta con lo que hazes.* Expergiſcere, & animo attende ad ea, quæ agis. *A Dios darè la cuenta.* Deo ſatisfaciam. Deo me probabo, non cunctis eſt reſpondendum. *Cotejar las cuentas.* Conferre rationes. *Componerlas.* Ad nummum conuenire. *Hechas todas mis cuentas, ſaquè eſtoien limpio.* Circunſpectis rebus omnibus, rationibuſque ſubductis ſummam feci cogitationum mearum. *A mi cuenta và eſto.* Mea fide ſuſcipio, mihi crede. *Al dar de la cuenta me lo direis.* Ad amuſsim, & libellam te reuoco. *Hazeis la cuenta, ſin la hueſpeda.* Poſtquam comèdit rem, rationem putat. *Es cuento de cuentos.* Apologus, & commentum merum eſt. *Puntualmente lo cuenta.* Rem ad amuſsim enarrat. *Cuenta de roſario.* Orbiculus præcarius pilula, æ. *De indulgencia.* Calculus ſacer ad indulgentiam conſequendam.

Contagio. Contagium, i. Peſtis, is.

Contaminar. Contàmino, inquino, as. Inuſco, is. Maculo, as.

Contemplar. Contemplor, aris. Con-

templacion. Contemplatio,nis. *Contemplatiuo.* Rerum diuinarum contemplator. Qui se à corpore auocat, & ad diuinarum rerum cognitionem rapitur.

Contemporizar , con alguno. Morem alicui gerere. Vide, *Condecender.*

Contender con otro. Contendo, is. Certo , as. Certamen cum aliquo inire. In contentionem , certamen pugnamque venire. *Pleytear.* Litigo, as. *De palabra.* Altercor , discepto. *Contienda.* Disceptatio, concertatio, contentio , nis , controuersia , æ. *Dios me dè contienda , con quien me entienda.* Vtinam cum pari gladiatore committar.

Contenerse Vide, *Refrenarse.*

Contento , ò gozo. Gaudium, ij. Lætitia , voluptas. *Darle à alguno.* Esse alicui volupè , voluptati , gratum, iucundum. *Recibille.* Letitiam, voluptatem, gaudium capere , accipere, percipere ex aliqua re. *Nadie està contento con su suerte.* Optat. Ephippia bos piger,optar arare ea bellus. Nemo sua sorte contentus. *Contentar.* Placere , arridere alicui, satisfacere. *Contentame mucho esso.* Mihi valde placet , probat. *No ay contento como el de la buena conciencia.* In ipsa conscientia pulcherrimi facti satis fructus est. *Nadie puede contentar à todos.* Ne Iuppiter quidem omnibus placet.

Contera. Vaginæ contus.

Conterraneo. Eiusdem gentis , & patriæ.

Contestar. Contestor,aris. *Contestes testigos.* Qui eadem contestantur.

Contigo. Tecum,vnà, simul.

Continente. Continens. Quod aliquid continet. Complectitur. *Hombre continente.* Sibi temperans. Cœlebs. *En continente.* Statim. In præsentia.

Contingente. Fortuitus , dubius casus.

Continuar. Continuo, as. *Continua cosa.* Continuus, perpetuus , multus, frequens,creber,assiduus in aliqua re. *Continuacion.* Continuatio,perpetuitas,tis. Assiduitas. *Continuamente.* Continuè , assiduè, perpetuò, continenter. *Continuar , cursar vna cosa.* Frequentare , celebrare. Crebrum esse in aliqua re. *Continuarse los males.* Diuturna hæc mala continuatione successiua videntur procedere. Inexa ita interse hærent,vt solui numquam posse credamus. Vide, *Proseguir. Continuo del Rey.* Stator qui Regi semper assistit *De continuo.* Assiduè,crebrò, sæpè, & ferè semper.

Contra. Aduersus, vel aduersum. Incontra. *Contra todos sus cinco sentidos.* Inuitâ Minerua. Refrangante, coactoque ingenio , sententia , & iudicio suo.

Con trabajo voz. Succentor profundus. *Contra alto.* Occentor, oris.

Contradezir. Contradico , repugno, reclamo, as. Refragor , aduersor, obsisto. *Todos le contradizen su parecer.* Abillo omnes dissentiunt,pedibus ,& sententijs in contrariam partem eunt. Secedunt ab illius iudicio. Equis, & quadrigis illũ omnes incurrunt. In illũ vniuersus doctorum cuneus directus est , omnium ora obuertunt , & capitibus

arie-

arietant aduersis. *Contradezirſe.* Sibi non conſtare, ſecum pugnare. Non cohærentia, ſed repugnantia inter ſe dicere. *Contradicion.* Reclamatio, refutatio, nis. Repugnantia, æ. *Contraditorio juyzio.* Quæſtio forenſis. Iudicium, Vbi interduos de aliqua re controuertitur.

Contrahazer remedando. Vide, *Remedar. La firma.* Chirographum, manum alicuius imitari, adulterare. *Eſcrituras.* Tabulas adulterare, & tranſcribendo corrumpere. *El que contrahaze, ò remeda* Mimus, geſticulator. *Contrahecha coſa.* Adulterinus, falſus, Antigraphus.

Contraher. Vide *Contratar.*

Contador del Rey que guarda ſus rentas. Antigrapheus.

Contraminar. Cuniculos agere. *Contramina* Anticuniculus.

Contrapeſo. Libramentum, æquilibrium, ij. Sacòma, atis *Hechayſme vn contrapeſo.* Onus ſuper impoſitis, & addis oneri meo. *Contrapeſar.* Compenſo, as.

Contraponer. Obiicio, is. Oppono, is.

Contrapunto Vide, *Canto de horgano Contra puntear.* Harmonica minutitione modulari, aut modulata voce ſcanſim perſonare. *Hechar el contrapunto à algo.* Rem, augere, exterre, & egregiè ampliucare

Contrario. Contrarius, aduerſarius, oppoſitus. *Competidor.* AEmulus. Vide, *Auerſario*

Contratar, ò contraher matrimonio Contrahere, inire matrimonium cum aliquo. *Otra coſa.* Vide, *Concertar. Mercar, y vender.* Con *trato.* Res contracta. Pactum. Vide, *Concierto. Contratacion, caſa.* Commerciorum, ædes.

Contraſtar. Stare contra aliquem. Vide, *Contradezir. Refutar, contraſtar à vno.* Conſternare, concutere, exagitare aliquem. *Contraſte.* Libripens, pendis. Qui explorandis ponderibus præfectus eſt. *Contraſtes.* Vide, *Deſgracias. Eſtorbos.*

Contrecho. Debilis, membris captus. Luxatus.

Contribuyr. Contribuo, is. In commune pecuniam conferre. *Contribucion.* Contributio, collatio, nis.

Controuerſia. Controuerſia, æ. Quæſtio controuerſa. Vide, *Contienda.*

Contumaz. Contumax, cis. Qui obſtirmato, & contumaci animo eſt. *Contumacia.* Contumatia, ſuperbia. *Contumazmente.* Contumaciter, ſuperbè, pertinaciter. *Dar à vn eſtudiante contumacia.* Extrudere contubernalem incænem. Funus facere homini abſenti prandio.

Conturbar. Conturbo, as. Confundo.

Conualeccr. Conualeſco. *Ta he conualecido deſta enfermedad.* Immortales grates Deo, quod iam plane ex tam graui morbo emerſi, euaſi, recreatus ſum, conualui, priſtinas vires collegi, recuperaui, recepi, renocaui. Firmis iam viribus, & confirmata valetudine vtor. Suſpendi ex hoc mortifero naufragio veſtimenta maris Deo, atque in ſalutis protum ſalutari manu peruenni.

ueni. Deus in gradum illum priſcũ beneualentum me repoſuit: cum iam infra humum mittere minabatur. *Conualecencia.* Valetudinis confirmatio, è morbo recreatio, releuatio.

Conuencer. Conuinco, is. Vide, *Refutar. Conuencerle he facilmente.* Plumbeo illum iugulàbo gladio. *Con ſu dicho, ò firma.* Vel ſermone, vel chirographo proprio, & tabellis à ſe obſignatis cum aliquo agere.

Conuenir. Conuenit, expedit, refert, decet, conducit, oportet hæc fieri. *No hallo por donde eſſo conuenga.* Nihil habeo comprehenſi, percepti, cogniti, conſtituti, quam ob rem id oporteat. *Conuenimos muy bien los dos.* Mihi tecum præclarè conuenit. Cum tuis ego moribus, & natura congruo. Conglutinat nos eadem natura, & indoles. *Conueniente.* Conueniens, congruens, tis. Conſentaneus, conſonus, decens, aptus, idoneus. *Conueniencia. De tiempo* Opportunitas, congruentia. *De otras coſas* Concinnitas, condecentia, æ. *Entre algunos.* Vide, *Concierto. Conuiene à ſaber.* Scilicèt, videlicet.

Conuento de gente. Conuentus, us. *De Religioſos* Cœtus religioſus, Cœnobium, Monaſterium. *Conuenticulos.* Conciliabula, orum. Conuenticula ſuſpecta, occulta.

Conuerſar. Agere familiariter cum aliquo. Sermones conferre, habere creberrimos, communes cum aliquo. Conſuetudinem ſermocinandi cum amico habere. *Conuerſacion.* Sermo familiaris, vſus, conſuetudo ſermonis cum aliquo. *La mucha conuerſacion es cauſa de menoſprecio.* Nimia familiaritas contemptum parit. Familiaris Dominus fatuum nutrit ſeruum.

Conuertir, ò conuertirſe de mala à buena vida. Mentem lapſam ab errore reuocare. Aturpi vita, & impura ad honeſtam traduci. Reſipiſcere, diſcedere, pedem referre à vitæ turpitudine, honeſtamque viuendi rationem inire, ſuſcipere, exordiri. A Dæmonis caſtris ad Chriſtianam militiam transfugere. A proſtibulis impudentiæ ad caſtitatis ſacrari, commigrare. Se totum ad Deum conuertere, & ad meliorem vitæ ſe frugem recipere. *Conuirtiò muchas almas San Franciſco Xauier.* Apoſtolicus vire Societatis IESV familia inclytus Xauerius lucem primus Iaponicis attulit oris. Euangelicę veritatis luce Orientem nouus hic Sol perfudit, & illuſtrauit. Auctor Chriſtianæ gentis; & princeps extitit Iaponicæ, quam à falſo idolorum cultu ad Religionis noſtræ traduxit veritatem, atque è perfidiæ tenebris in lucem, & claritatem aſſeruit, & vindicauit ſempiternam. *Conuerſion.* Conuerſio, nis. Reſipiſcentia, æ.

Copa. Patera, æ. Trulla, æ. *Copon grande.* Crater, èris, ſcyphus, i. *Copa de arbol.* Faſtigium, vmbella, arbòris. *De yerua.* Muſcarium, ij. Copero. *Pincerna.* Pocillator. *Copas en los naypes.* Carcheſiorum folia. *Copo de lana, ò lino.* Penſum laneum, vel lineum, carminatum, nendo habile. *De nieue.* Nix pexa, ſpuma, cœli.

Copete. Antiæ capronæ. Anteuentu-

li, crines surrecti. *Copete particular en los niños.* Scorpius. *En las mugeres.* Corymbus. *En los hombres.* Crobylus. *En los animales.* Iubæ, vel criſtæ, arum.

Copia, abundancia. Copia, ſeges, materies, opes, um. *De palabras.* Facundia, dicendi copia, facultas, verborum vbertas, orationis flumen. *Copia, ò traslado.* Exemplar, àris. Exemplum. *Copiar algo.* Trãſcribo, is. Vide, *Retratar, ò traslatar.* *Copioſo.* Copioſus, facundus, abundans, tis. *Copioſamente.* Copioſè, vberrimè, àffatim, largè, plena manu, fusè, diffusè.

Copla. Verſus conſoni, conſonantes. *Entenderſe à coplas.* Mutuis dicteriis ſe petere. Noui Simonem, & Simon me. *El que te hize la copla eſſe te la haze.* Dum habilat ſerpens, mordet.

Copula. Coniunctio, vinculum, coitio. *De la bobeda.* Tholus, i.

Coraça. Lorica, æ. Thorax ferreus. *Tentar a vno las coraças.* Experiri alicuius virtutem. Periculum de aliquo facere.

Coraçon. Cor, dis. *De arbol.* Medulla, cor arboris, matrix, icis. *El coraçon del mar.* Maris profundum. *Del inuierno.* Magnitudo hyemis vis. In hyemis mediterraneo. *De mundo, ò de la tierra.* In medio, vel in media orbis plagâ, aut regione. In orbis, aut vrbis luce, & centro. *Buen coraçon quebranta mala ventura.* In re mala, animo ſi bono vtaris, adiuuat. Animus æquus optimum eſt ærumnæ condimentum. *Digolo de todo coraçon.* Ex intimo mei animi ſenſu, & ſententia hæc aſſero. Ex animo iſthuc verum, ac verè dico. *Todo el coraçon tiene en la comida.* Iam dudum eſt animui in patinis. *Muy de coraçon le amo.* Ex corde, ex animo, toto pectore, penitus, ex intimis præcordijs, medullitus, animitus, oculitus. Eugè oculus meus, & corculum meum. *El coraçon no me es traydor, o dauame al coraçon.* Præsaga mali meus. Corda pauor pulſat, ſuſpicione offenſus fui. *Tened coraçon.* Cape animos, excitare, erigere, accendere. *No tengo coraçon para ver eſto.* Deſerit me animus, liqueſcit cor, dum hæc video. *Coraçoncillo.* Corculum. *No tiene mas coraçon que vn grillo.* Coturniculæ animo præditus es. Micropſychus. *Color de coraçon.* Cordolium, ij.

Coraje. Implacabilis pertinax iracundiæ rabies. Breuis furor. *Corajudo.* Irà feruidus. Vide, *Enojado.*

Coral. Coralium, ij.

Corcoba. Gibbus, i. Vel Gibber, eris. Tuber gibberum. *Corcobado.* Gibber, a, um. Gibboſus.

Corço. Subulo, nis.

Corchete. Vncinulus, i. Fibula, æ. *Corchetes, Alguazetes.* Satellites, itum.

Corcho. Suber, eris. *De peſcador.* Calamus, i.

Cordel. Funis, is. *Apretar los cordeles.* Vrgere, premere, extorquere aliquam veritatem ex aliquo fidiculis. *Darle cordel jo.* Vide, *Mottjar.* *Cordon.* Funiculus ſparteus, nodoſus, nodis aſper. *Cordonero.* Funium contextor.

Cordouan. Pellis caprina, macerata, concinnata.

Cordero. Agnus, i. *Cordera.* Agna, æ.

De leche. Subrumus, i. *Tardio.* Cordus *Es vn cordero en la condicion.* Vir est miti, clementique natura.

Cordial cosa. Quod animum reficit, recreat cordique salutare est.

Cordillera Radix montis æqualis.

Corma. Lignea solea. *Hecharle corma.* Inducere alicui ligneam soleam.

Cornado. Minimum, & vilissimum ætis. Chalcus æreolus, triens. *No vale vn cornado.* Vilipenditur, nauci, flocique fit.

Corneja. Cornix, icis.

Corneta. Buccina, æ. *El que la tañe.* Buccinator, is.

Cornija. Coronis, idis. Coronices.

Cornerina. Piedra. Onyx, ichis.

Coro. Chorus, i. *Responderse a coros.* Alternis sibi versibus cãtantes respondere. *Dezir de coro.* Memoriter.

Coroza. Cucullus infamis.

Corona. Corona, æ. *De flores.* Serta, orum. Corolla pãctilis. *De Rey.* Diadema, tis. *De triunfador.* Laurea, laureola, æ. *De Sacerdote.* Sacerdotis rasus vertex, circularis orbicula. *A la Corona de España rendì esta Ciudad.* Sub imperium, ditionemque Hispaniæ hanc Vrbem subiunxi. *Abrirse la Corona.* Summum verticem circum radere. Læuigare rãsili honore, circulari schemate designare. *Coronar.* Coronam, diadema alicui imponere. Donare corona. Redimire tempora lauro. Sertis exernare, decorare. *Coronado.* Laureatus, insignitus corona, laurea. Cinctus, redimitus sertis. *Cosa de Corona* Coronarius. *Coronilla de la cabeça.* Vertex, apex, icis. *Coronel.* Chiliarchus, i. Tribunus militum. *Corona de Rey, yerua.* Sertula campana.

Coronica historia. Chronica, orum. *Coronista.* Historicus. Historiæ scriptor. Chronicus.

Corporal cosa. Vide, *Cuerpo. Corporales.* Linteola sacra. Corpori Christi subiecta.

Corral. Cors, ris, vel cohors, tis.

Correa. Corrigia, ligula, æ. *Cosa correosa.* Lentus, a. m. *Hazer algo correa,* Lentesco, is.

Corredor de tomar Sol. Solarium, ij. Hypæthrum, subdiale. *Corredor de casa.* Pergula, æ. *Corredor que vende.* Proxelleta. Mango, onis. Pararius. *Que corre.* Cursor, is.

Corregir reprehendiendo. Corrigo, is. Castigo, as. Corripio, arguo, increpo, as, reprehendo. *A vno que sea bueno* Corrigere aliquẽ, ad frugem restituere. *Corregir libros, ò escritos* Emendo, as. Sub incudem reuocare, castigare ad vngueni, limare, perpoliere, emaculare, maturioris iudicij fræno coercere, & luxutrantem stylum prouectioris ætatis falce depascere. *Corregirse à si.* Vide, *enmẽdarse. Corregidor.* Præfectus vrbis, moderator. *Corrector de libros.* Corrector, mendorum castigator. *Corregimiento.* Vrbis præfectura. *Correccion.* Correctio.

Correo. Tabellarius, Nuncius. Cursor.

Correr. Curro, is. Præcurro. *Con otro.* Concurro. *Por varias partes.* Discurro. *De muchas partes.* Concurso, as. *El campo.* Procurro, excurro, is. Metiri cursu campum. *Al rededor.* Circumcurso, circumcur-

curro. *Questa abaxo.* Decurro. *Dando carreras.* Curso, cursito, as. *Correr el rio, ò cosa liquida.* Fluo, perfluo, interfluo, is. Vide, *Manar, correr la posta.* Disposito equo, vel vèredo peruolare. *Correr el premio.* Currere, decurrere ad propositum præmium, & coronam. *Correr tras otro.* Insequi, persequi, premere vestigijs aliquem. *Correr toros.* Tauros agitare. *Correr motejando à alguno.* Dicteria in aliquam iàcere, verbis petulantius insectari: irrisione, & ludibrijs aliquem petere. *Correr los velos.* Vide, *Cortina. Correrse.* Rebescere, rubore suffundi, affici contumelia. *Correrle la fortuna.* Primo aspirat fortuna labori, afflat secunda, sese illi explicat *Corrido estoy de mi.* Me mei pudet. *Corre riesgo esto.* In periculum, & discrimen vocatur. *Corriente de rio.* Torrens, tis. Fluuius, ij. *Esto es cosa corriente.* Hoc sponte sua fluit, & cadit. Commune est hoc, & frequenter vsurpatum. *Que no corre.* Quod iam obsoleuit. *Moneda corriente.* Vulgaris, protrita pecunia, numisma. *Vase tras el corriente.* Ducitur communi hominum sensu, opinione. *Corrida.* Cursus, us. Curriculum *De corrida.* Cursim, præproperè. *Corrimiento de humores.* Fluxus, catarrhus, distillatio rheuma, atis. *Correrias de Soldados.* Excursio militum, incursio. *Ve en vna corrida.* Vnum curriculum fac.

Corresponderse por cartas. Mutuis litterarum alloquijs inter se respondere, officijs mutuis certare epistolarum, & desiderium absentiæ linire. *Correspondencia.* Amica officiorum vicissitudo. Mutua relatio. Officia mutua cum aliquo exercere. *No aueys correspondido a mi voluntad.* Nulla mihi persa te voluntatis mutuæ tributa est, nec meo satisfactum à te est amori. *Correspondiente, ò corresponsal.* Magnarius negociator. Qui alicui in negotijs respondet agendis.

Corro, ò vayle. chorèa, chorus. *Hechar algo en corro.* Rem in medium vocare. *Corrillo.* circulus, i. corona, æ. *cosa de corrillo.* Circularis, e. *Hombres, que hazen corrillo en conuersacion* Circulatores, um.

Corromper. Corrumpo, is. Vitio, as. Violo, as. *Corromperse.* Tabesco, is. *Corrompido.* corruptus, vitiatus confectus tabe. *En costumbres* corruptis, deprauatisque moribus prosligatus adolescens, putidus vitiorum tabe, & contagio morum. *Corrupcion desta suerte,* corruptèla, corruptio. Hinc corruptè, corruptor, & corruptrix, icis.

Corso. Andar *en corso.* Pyraticam exercere.

Corta cosa. Breuis, e. curtus paruus, diminutus. *De vista.* cui hebes est acies oculorum.

Corto en animo. Pusillanimis, timidus. *De palabras.* Breuissimo sermone, verborum parcus, minimè disertus. *De bolsa.* Illiberalis, restrictus, tenax, parcus. *Cortamente.* Parcè, illiberaliter, breuiter.

Cortedad. Breuitas, tis. *de ingenio* Exiguitas, tenuitas ingenij. *De animo.* Illiberalitas, tis. Sordes, ium. Pusillanimitas, timiditas, tis.

Cortar. Scindo, is. Seco, as. Cædo, is. Abscindo, amputo. *Cortaronle la cabeza.* Truncatum, amputatum, abiciſſum, reſectum illi caput fuit Fractæ ceruices. Capite diminutus eſt. Securi percuſſus. *Cortar lo ſuperfluo en el cabello.* Superfluam, & recrementitiam ſobolem, aut ſyluam crinium detondere, reſecare, & ad iuſtam reuocare moderationem. *Las vñas.* Vnguium præſegmina truncare, ne infalcatam curuitatem promineant. *En las vides.* Vitis ſarmenta, quæ ſe latè profundunt, falce putare, pampinos infrondoſioribus vineis defringere. *En las plantas, ò arboles.* In fruticibus, in plãtis luxuriem compeſcere. *En la carne.* Excreſcentes carnis moles medicamentis domare, cauterijs obruere, ferro incidere. *No ay para que cortar lo que eſta ſano.* Sanæ corporis patri neceſsè non eſt ſcapellum adhibere. *Cortarle de veſtir.* De aliquo detrahere, proſcindere illius famam obtrectationibus. Vide, *Murmurar. Cortarſe.* Vide, *Atajarſe Cortar en pedazos.* Intercido. Minutim incidere. *Al rededor.* Circumcido. *De alguna parte.* Decido, is. Diſeco, as. *Corta bolſa.* Sector zonarius. *Corte, ò cortadura.* Sciſsio, ſciſſura ſectio, ſegmen, inis. *Corte, ò filos.* Acies, ei. *De algun negocio.* Via, æ. remedium, ſalus, ratio. *Darle.* Aperire viam alicui, adhibere remedium. *Corte de pluma.* Calami, & pennæ temperamentum. *De vñas.* Præſegmen vngium. *Corta de arboles* Incilio arborum, ſyluæ. *Corte de tablas.* Secamentum. *Coſa que ſe corta.* Sèctilis, e. Sectinus, a. m. *Corte del Rey.* Regium domicilium, Sedes. Curia, æ. *Cortes.* Comitia, orum.

Cortes, hombre comedido. Vrbanus, comis, e. Vide, *Humano. Corteſia.* Humanitas, vrbanitas, comitas, tis. *Gran corteſia me hizieron.* Fuit, ingreſſo me, conſalutatio per honorifica. *Corteſmente.* Vrbanè, comiter. *Corteſano.* Curialis. Vrbicus. *En ſu trato.* Politicus, elegans, mundiolus.

Corteza de arbol. Cortex, icis. Liber, i. *De pan.* Cruſtum, i. Cruſtula, æ.

Cortijo. Cors, tis.

Cort na. Cortina, æ. Velum. *Correr la cortina* Pandere velum, trahere.

Corua de la pierna. Genu curuatura Patella. Mola genu *Coſa corua.* Curuus, aduncus, incuruus, a. m.

Coſa. Res, ei. *Que es coſa y coſa.* Ecquid hoc eſt? Quid ſignificat? *No ay coſa con coſa.* Omnia inuerſa, conturbata, permixta ſunt *No va e coſa.* Pro nihilo habetur. *No dizes coſa con coſa.* Vix tua cohæret, aut conſtat oratio.

Coſario. Prædo, nis. Pyrata, æ *De coſario a coſario ſolo ſe lleuan los barriles.* Bithus contra Bacchium. Syrus contra Phænicem. Fur furem agnoſcit.

Coſcoja. Cuſculium, ij. Quiſquiliæ.

Coſcogita, juego. Aſcolia, æ.

Coſcorron. Illiſio, contuſio capitis.

Coſer. Suo, is. Conſuo, is. *Coſerſe con la tierra.* Se ſubmittere, & ad terram abijcere.

Coſecha, ò coxecha. Fructuum perceptio.

tio. Collectio. *Toda cosecha pende del temporal.* Agrorum fructus pèrieuí sæpe momento fortunæ, & inclinatione temporis pendent.

Coselete. Miles leuis armaturæ. Velites,um.

Cosmografia. Cosmogra, æ. Mundi descriptio.

Coso. Arena,æ. Stadium,ij. Circus, i. cauea.

Cosquillas. Titillatio pruritus,us *Hazer cosquillas.* Titillationem,pruritumque mouere alicui, & atrectatione corporis risum excitare *Esto me haze cosquillas.* Hæc pertentant gaudiamentem. Hæc gloriæ sensum titillat.

Costa. Sumptus, us. Impensa, æ. Impendium. *Del pleyto.* Litis æstimatio. *Pagarlas.* AEstimationem litis dependere. *Hazer la costa.* Sumptifacio, is. *A nuestra costa quiere que le siruanos.* Nostro sibi seruire nos censet cibo. *A costa mia repararè vuestros danos.* Meis incommodis tua mala redimam. *Costa del mar.* Littus,oris. Ora maritima. *Costear por el mar.* Littus legere. *Corren esta costa los Moros.* Ora hæc maritima est excursionibus Maurorum infesta.

Costar. Consto, sto, as. Vide, *Comprar.*

Costilla. Costa, æ. *No tiene costilla para tanto* Non suppetit illi sua facultas ad tantos sumptus.

Costosa cosa. Sumptuosus, magnificus, lautus.

Costado Latus,eris.

Costal. Saccus, i. Sacculus.

Costra. Crusta, æ. crustula, æ.

Costumbre. Mos, consuetudo, usus. Instituta maiorum. *Mala costumbre.* Cacoethes. *Ay costumbre desto.* Id moris inoleuit, increbuit hic mos, inualuit. More maiorum, & consuetudine hoc comparatum est. Idiam usus, & consuetudo obtinuit, suscepit. In consuetudinem venit. Hæc inducta consuetudo est, solemne illud est. *Ya no ay essa costumbre.* Obsoleuit iam hic mos. Hanc tempus aboleuit consuetudinem, sustulit, conuulsit, obliterauit. Exclusa, elapsa hæc consuetudo est, deflexit de via, semimque eò deducta est, vt. *Esta costumbre aun se guarda.* Adhuc hic mos viget, floret, perseuerat. Ad hoc temporis hæc consuetudo tenetur, retinetur, conseruatur. Vim habet, & robur. Nondum nobis de manibus disciplina maiorum elabitur. *Es hombre de buenas costumbres* Vir benemoratus. Optimis præditus moribus, honestissimis, modestissimis. *De malas* Prauis, corruptis, deprauatisque moribus infamis. Malemoratus. Prauè educatus, institutos. *Bueluese à sus costumbres.* Tandem ad ingenium, & pristinos mores redijt, tamquam canis ad vomitum. Non sui oblitus, aut ignarus fuit *No mudarà de costumbre.* Callum duxit, occalluit, non resipiscet. De more habet. Nunquam efficies, vt rectè ingrediantur cancri. Vsus est altera natura. *A la mala costumbre, quebralla la pierna* Malo modo malus quærendus est cuneus. Malus vlus non est toerandus.

Costura. Sutura, æ. *Costurera.* Sutrix, icis.

icis. Sarcinatrix. Straxit veſtium.

Cota de malla. Lorica hamis conſerta.

Cota la parte de alguno. Portio quota, quotula pars. *La alegacion.* Auctoritas, citatio. Vide, *Cota.*

Cotejar. Confecto. Vide, *Comparar.*

Cotidiano. Quotidianus, diurnus.

Coto, por poſtura. AEſtimatio, pretium, ij. *Coto, medida.* Pugnus preſſus. *Coto, lindero.* Seps, is. Septum, i. *A coteme à eſto.* Hoc ſuſcipio, huic rei adhæreo, hoc teneo. Huc confugio.

Conacha. Vide, *Cueua.*

Couarde. Ignauus, iners, timidus, meciculoſus. *Couardia.* Ignauia, animi fractio, timiditas. *Couardemente.* Ignauè, timidè.

Coxijo. Moleſtia, angor. *Cogijoſo.* Anxius, moroſus.

Coxin. Tomices, um. Puluillus lanâ, vel ſetis fartus.

Coxo. Claudus, i. Altero, vel vtroque crure, pededebilis, captus. *Coxear.* Claudico, as. *Coxera.* Claudicatio.

Coyunde. Lorum, i.

Coyuntura. Commiſſura, iunctura, æ. articulus. *Ocaſion.* Tempus, occaſio, opportunitas. *A buena coyuntura venis.* Tempeſtiue, peropportunè venis. *Todo el negocio pende de vna buena coyuntura, no la perdamos.* Quoniam hæc in temporis ſæpè parius momentis poſita ſunt, omnia momenta obſeruemus.

Coz. Calcis ictus, impreſio. *Diola vna coz.* Calcem impegit. *Tira cozes.* Iaculatur calces, calcitrat. *Dar à vno de cozes.* Calcibus ſubigere, premere, tundere.

Zocobra. Moleſtia, cura, ſolicitudo. *Zocobrar el nauio.* Fluctare nauium, vacillare, fluctare in alto.

Zodiaco. Zodiacus, ſignorum orbita. Signifer, eri.

Zompo, o çopo. Truncus pede, vel manu debilis.

Zorra. Vulpes, vulpecula, æ. *Mucho ſabe la çorra, pero mas quien la toma.* Vulpinari cum vulpe. *Es gran zorro eſte hombre.* Vulpes haud corrumpitur muneribus. Verſipellis ex vulpe conflatus. *Zorrera coja.* Vide, *Poſtrero.*

Zorçal, aue. Ficedula, æ.

C ante R.

CRECER. Creſco. *En edad.* Adolco, adoleſco. A *palmos.* Cubitis adoleſcit. *El mal crece.* Malum ſerpit, petuadit peſtis, augetur damnum, latius emanat, patet, propagatur, ingraueſcit. *El precio.* Vide, *Precio.* *Crecido en edad.* Adultus, ætate proiectus. *Crecida, o creciente de mar.* AEſtus, us. Acceſſus maris. *De Rio.* Alluuies, ei. *Crecimiento.* Incrementum, auctus, us. *De calentura.* Acceſsio febris, incrementum.

Creer. Credo, is. Habere, tribuere fidem alicui. *Creo ſer eſto anſi.* Ita hæc eſſe credo. Procerto habeo, in animum induco, ſatis mihi fidei in hoc eſt. Mihi perſuadeo. *No lo creeré, aunque me lo jures.* Etiam ſi Cato dicat, nec iurato crediturus ſum. Si illum ſolem mihi ſolem eſſe dixeris: lunam credam eſſe, & noctem. *Ver y creer* Magis eſt oculis habenda fides, quam auribus. *Eſtoy por creerte.* Propèmodum habeo iam tibi fidem. *Creer e. corteſia.* Integrum eſt homini fidem ha-

habere dicenti. *Creer, y obrar para me saluar.* Benè sentire, rectèque facere, satis est ad benè, beatèque viuendum. *Creer de ligero.* Credulum nimis se præbere. Credulitatem in mentem cuiusque optimi facilè irrepere. *No me hareis creer essos disparates.* Quin tum aliū quæras, cui centones farcias. *Crédulo.* Credulus. Qui facilis est ad credēdum. *Credito.* Fides, ei. *Falible el credito.* Eius fides concidit. Eum fides defecit. *Tiene buen credito.* Existimationis, & nominis sanctissimi est. Acepit existimationem, honestatem, famam præclaram. *Creedera cosa.* Credebilis, probabilis, e. *Creencia.* Credulitas, tis. *De la Fè de Christo.* Christiana fides. *Credencia.* Abacus. Repositorium sacrum.

Crencha. Discrimē capillorum, æquamentum, i.

Crepusculo. Crepusculum, lux dubia, crepera.

Crespo. Crispus, a. m.

Cresta. Crista, æ.

Criar de nada. Creo, as. *Dios es Criador de todas las cosas.* Summus omnium rerum artifex, parens, actor, effector, sator, conditor, educator, & altor Deus cūcta ex nihilo creauit, condidit, duxit, eduxit, effecit, excitauit. Vniuersæ molis, & mundanæ machinæ primordia ab vno conditore Deo emanarunt, profecta sunt. *Creacion.* Origo, initium, molitio rerum. Cunabula, orum, principium, creatio. *Criatura, cosa criada.* Ros creata, condita, fata. *Niño.* Fœtus, us. Infans recens editus. *Expuesto.* Expositus, proiectitius. *No ay criatura en la plaça.* Desertum est forum, turba vacuum, ne musca quidem. *Criar la ama al niño.* Alere, nutrire, imbre lactis puerū. Hinc nutritio. *Tal criança.* Nutrix, nutritius. *Los que le crian.* *Criar aues, ò animales.* Pascere, nutricari, saginare, & turundulis farcire, vt pinguescant. *Cria.* Fœcus, & educatio bestiarum. *Criar, ò enseñar.* Instituo, èduco, as. Informo, imbuo. *Tal criança, ò enseñança.* Institutio educatio, nis, disciplina. *Bien criado.* Adolescens infecialium manibus educatus. Ingenius artibus, & moribus instructus. Educatione, doctrina, & disciplina liberali optimè imbutus. *Mal criado.* Preuè, indulgenter, molliter nimis educatus. Quem nimia parentum indulgentia perdidit. Vide, *Enseñar.* *Criar barba.* Alere, promittere, submittere capillum, comam, crines, barbam. *Cria cuervo, y sacarte ha el ojo.* Quæ vncis sunt vnguibus ne nutrias. Leonis catulos ne alas. *Criança, ò policia.* Vrbanitas, comitas, ciuilitas. *No tiene rastro de criança.* Omnis humanitatis, & vrbanitatis est expers. Superbius omnes appellat. *Mejor se crian los hijos con amor, que con temor.* Pudore, & liberalitate liberos retinere, satius esse credo, quā meru. *Bien criado, ò cortès.* Vide, *Cortès.*

Criado que sirue. Famulus, minister, puer. *Para mandados.* Emissarius, ij. *Mal mandado.* Flagrio, nis. *Criado antiguo, hōrado.* Seruus satis spectatus. *Encomendar a cada criado lo*

que

Que deue hazer. Suam cuique Prouinciam seruo dare, & officij admonere. *A ti, que tengas limpia la casa* Tibi præcipio, vt niteant ædes. *Tu haz las camas* Tu esto lectisterniator. *Tu se repostero.* Tu argentum eluito, atque id extrudito. Vt cum ego reuertar, versa, præsterga, strata, lautaque, coctaque vti sint. *No tratan los criados, sino de hurtar a los amos.* Serui hæc habent consilia, vbi data occasio est. Rape, clepetene, harpaga, bibe, es, effuge: hoc est eorum opus, vt mauelis lupos apud oues linquere, quàm hos domi custodes. *Nada hazen bien, sino es por el castigo.* Ita sunt perditi, negligentes, ingenio improbi, vt officium suum malo suo cogantur commoneri. Neque herile negocium plus curant, quàm si non seruiturem seruiant. *Criada.* Famula, ancilla, pedisequa, æ. *Que compone a la ama.* Ornatrix, icis. *Propriedades de buenas criadas.* Illa ancilla formam habet nostrà dignam domo: quæ texat, quæ molat, lignum cædat, pensum faciat, ædes verrat, vapulet. Quæque habeat quotidianum familiæ coctum cibum. *Que no sea dama.* Cuius forma flagitium non sit, si matrem familias sequatur. Quam, cum incedit per vias nemo contemplet, conspiciat, nutes, nictet, sibilet, votet, molestus sit: non occentet nocte ad ostium, & meæ impleantur carbonibus elogiorum fores. Sed ancillam cupio viraginem, formâ malâ, aut Syriam, aut AEgyptiam. *Con criada.* Conserua, æ. *Con criado* Conseruus. *Criada que tiene las llaues, y es ama.* Administra, æ. *Vn solo criado me ha quedado de tantos* Vnus mihi puer ex magna familia quotidiani victus est minister relictus.

Criadillas de tierra Tubera, um. Terræ callum. *De carnero.* Testiculi, orum.

Crimen, ò delito. Crimen, inis. *Cosa criminal* Capitalis, criminalis, lex, causa, quæstio.

Crines. Crines, ium. capilli, orum.

Criollo Patria Indus, genere Hispanus.

Crisma. Chrisma, tis. Vnctio sacra.

Crisol. Vasculum Tasconium excoquendo metallo. Sublimatorium.

Crisolito piedra Chrisolitus, i.

Cristal Crystalus *Cosa de cristal.* Crystallinus.

Crisiel Clister, èris. Vide, *Ayuda.*

Christo, y Christiano. Vide, *Christo.*

Critico. Criticus. Seuerioris notæ, & iudicij homo. Critica falx. Sagax in crisi facienda vir. Tertius Cato. Octauus sapientium. *Criticos dias.* Decretorij dies. *Hablar critico.* Exquisitius sermocinari.

Criuo. Cribrum. Vannus, i. *Cribar.* Pargare, foraminib. fque liquare. Cribro, as.

Cronica. Historia, æ. Annales, ium.

Crucificar. Cruci affigere, sufligere, tollere, agere aliquem in crucem. *Cruz* Crux, gabalus, patibulum, salutare lignum, ex quo vita nostra pependit. *Cruzes que se ponen en los caminos, para memoria de algun muerto* Stelæ, arum, cippi, orum. *Crucifixo* Christi imago cruci affixi. *Cruzar de vna a otra parte* Vltrò, citròque ducere. *Cruzar los braços* Decussare brachia. In formam Crucis de cussatim redige-

re.

re. *Cruzarle la cara.* Nouacula decussare alicuius faciem. Decussato vulnere os alicuius deturpare, fædare. *Hazer la señal de la Cruz.* Signo Crucis se munire, vel signare frontem,& pectus munimine crucis contra Dæmonis insidias. *Hizose cruces.* Non distitit admirari perculsus inopinata re. *Metiòle la espada hasta la Cruz.* Totum gladium corpore recepit. Capulo tenus abdidit ensem. *Cruzada Bula.* Diplòma cruciferum.

Crudo. Crudus, incoctus,a.m. *Crudeza.* Crudítas,stomachi affectio, redundantia ex ægra coctione. *A punto crudo.* Ad extremum lineæ.

Cruel. Crudelis, immanis, inhumanus,ferus,durus, dirus,sæuus. Qui humanitatem omnem exuit, diritate, atque immanitate teterrimus, ferreus,crudelitate armatus, humanitatis expers. Cuius figura, gestus,species belluam refert, repræsentat. Ex cuius ore, & corpore toto crudelitas emicat. *Crueldad.* Crudelitas, sæuitia, immanitas, atrocitas,diritas,feritas,acerbitas animi,naturæ asperitas. *Cruel mente.* Crudeliter, inhumaniter, immanè,sæuè, acerbè, atrociter.

C ante V.

CVBA. Cupa,æ. Dolium,ij. Vas vinarium. *Cubero.* Doliarius. Cuparum artifex. *Cubeto.* Seria,æ.

Cubilete. Acetabulum, i. Turricula, pyrgus. Caliculus,i.

Cubrir. Cooperio, tego, òbtego, obdùco, velo, as, velo obnubere. *Cubarro.* Obdùco, òblino, is, oblimo, as. *Cubrir las faltas de otro.* Dissimulare, obuoluere silentio alicuius errata. *Cubrirse el Cielo de nubes.* Cœlum nubibus obduci, obscurari. *Cubrirse de sudor.* Riuis sudoris fluere, madère sudore. Manare vndique aquà corpus. *Cubrir de planchas, ò chapas.* Tegere bracteis plumbeis, vel aureis. *Las paredes.* Vestire, ornare tapetibus parietes. *Cubierta.* Tègumen,inis. Tegumentum, i.

Cucas de niños. Cupediæ,arum. *Mala cuca de muchacho.* Cacus, improbus, vertipellis. nequam puer.

Cucaracha Multipeda,æ.

Cuchar Cochlear,aris, vel cochleare, is. *Para Jacar carne* Fuscinula,creaga,æ. *Cucharada.* Quod cochleari capitur. *Meter su cucharada.* Inter sapientes stultum debacchari se intrudere. *Cucharon.* Tudicula, cochleare maius.

Cuchillo. Gladiolus,culter, cultellus, i. cultrum. *De cortar plumas.* Graphiarius cultellus,scalprum librarium. *Con el cuchillo estamos à la garganta.* Dies, noctesque omnia, nos vndique fata circunstant,nostris imminent ceruicibus acies, & iugulum petunt. *Cuchillada.* Vulnus cæsim inflictum. *Darla.* Cædere, cæsim aliquem ferire. Lucalentam ille plagam accepit, vt declarat cicatrix. *Braua cuchillada tiene.*

Cuclillo. Cuculus,i.

Cuello. Collum, i. Ceruix, iugulum. *De camissa.&c.* Collare indusij *Hasta el cuello.* Collotenus, ad ambas vsque aures. *Cuelliberguido* Erecto, & tumido collo, superbia elatus.

Cuen-

Cuento y cuenta. Vide, *Contar.*

Cuenca del ojo. Oculi peluis, cauum. *Del vso.* Verticulum.

Cuenda. Funiculus, vel filum manipuli. *Madexa sin quenda.* Scopæ dissolutæ.

Cuerda. Funis, funiculus. *De musica.* Chorda, fides, ei. Neruus, i. *Para cerrar, y abrir redes, bolsas, velos, &c.* Epidromedes, um. Lepidromi, rum *Del cuerpo.* Tendones, um. *De la naue.* Rudentes. *De la anchora.* Retinaculum, i. Funis anchorarius. *Tormento de cuerda.* Distendi facinorosum hominem fidiculis premendum, ad exquirendam facti fidem. *Trato de cuerda.* Tormenti genus, quo reus reiectis in tergum manibus fune suspensus, præceps demittitur. *Apretar la cuerda.* Premere, vrgere rem, instare. *Darla.* Remissius rem agere, leniùs tractare negotium, prorogare, & proferre. Mittamus linum, dissimulemus. *Tanto tirareys la cuerda, que se quiebre.* Funis abrumpitur nimium tendendo. *Debaxo de la cuerda.* Clancalum, furtim. *Cuerdo hombre.* Cordatus vir, & magni iudicij. *A ley de cuerdo no harà esto.* Si sanus est, hæc minimè faciet. Vide, *Prudente. Cuerdamente.* Prudenter, sapienter. *Cuerda muger.* Sapiens fœmina, si vlla est. *La mas cuerda de lana* Nec mulieri credas, ne mortuæ quidem Ingenium habent, sed mulicbre. *Cordura.* Prudentia.

Cuerno Cornu, u. *Cosa del* Corneus, a. m. *El que los trae.* Corniger. *El que yere con ellos.* Cornupeta. *El que le tañe.* Cornicen.

Cuero de animal. Corium, i. *Curtido.* Aluta, æ. *Para vino.* Vter, vtriculus. *De la carne.* Curis, is. *Del cuero salen las correas.* Ex ipso bobe lora summuntur. Ego faciam vestra latera lorea. *Està hecho vn cuero* Bacchi mystes est. *Entre cuero y carne.* Intercus, utis. *Estar en cueros* Vacuus, & nudus omni veste. Nudus tanquam ex naufragio, & ex naufragio. *Cosa de cuero.* Coriaceus.

Disipar. Dissipare bona, patrimonium dilapidare, disperdere, distrahere. *Disipador.* Dissipator, decoctor bonorum.

Disolucion en maldades. Nequitia, æ. diuersorium, & officina omnium flagitiorum. *Disoluto.* Vide, *Vellaco, y mal hombre.*

Disonar. Dissono, as. *Cosa dissonante* Dissonus, absurdus, absonus. *Dissonancia.* Dissonantia, æ.

Dissuadir. Dissuadeo, es. Abhortor, dehortor, aris. *Nadie me dissuadirà esto.* Nemo me de hac sententia depellet, deterrebit. A sententia deducet mea, & in aliam trahet, auertet, dimouebit. Hanc mihi ex animo, vel summæ authoritatis

tis vir, opinionem non euellet.

Distancia. Distantia,æ. Interuallum, i.

Distar. Disto, as. *Poca distancia ay deste lugar al otro.* Hæc duo oppida pertinui discrimine separantur. Paruum interuallum interiectum est inter vtrumque oppidum. Parum distant, disita sunt. Non longe absunt: exigua spatia, & discrimina inter vtrumque loeum iacen, interualla non multa, nec leucæ interponuntur. *Cosa distante.* Distans. Vide, *Apartada, y lexos.*

Distilar. Dillo, instillo, as.

Distinguir. Distinguo, is, secerno, separo, disiungo, is. *La clausula.* Interpungo, punctis distinguere periodum. *Son tan parecidos, que no aurà quien los distinga.* Non minus similes, quam lac lacti, si conferas, aut aquam aquæ, dimidiatos iam pules, ita confundas oculos, vter, vt sit, non queas internoscere. *Distincion.* distinctio, discrimen, nis. *En la clausula.* Interpunctio, nis. Interpunctum, i. *Distinctamente.* Distinctè, dispositè, discriminatim, articulatim, per partes exponere.

Distraher, apartar à alguno. Auoco, abduco, is. *Para el vicio.* Depraua, corrumpo, is. *Distraerse el pensamiento.* Facile mens, animus, à rerum cœlestium contemplatione abducitur, euocatur, in varia, partes trahitur, in multiplices cogitationes rapitur, aut ipse sese per inania effundit, vagatur, peregrinatur, errat. Vt circulator, circunforaneus omnia ambit, dum iucunda quæque sectetur. *Distracion.* Aberratio mentis, euagatio per diuersa. *Mozo destraydo* Vide, *Perdido.*

Distribuyr. Distribuo, is. Partior, iris, in varias partes aliquid diuido. *Dineros à pobres.* Pecunias in pauperes erogare, impertiri pauperibus. *Distribuyr de ciento en ciento.* Centuriare, vel in decurias, & centurias diuidere. *De diez en diez.* Decurare. *Distribucion.* Distributio, diuisio. *Del tiempo.* Temporis ordo, series, quo cuique rei sua tribuitur opportuna hora.

Ditamo yerba. Dictamum, i.

Diuerso. Diuersus, longè alius, alter ab illo, totus dissimilis. *Diuersidad* Varietas, dissimilitudo. *Diuersamente.* Diuersè, variè, dissimiliter.

Diuertirse à otra parte. Digredi ab eo, quod proposuerat, à proposito discedere, ad alia diuertere. Huc, illucque mente, animo dinagari. Quo tua mens aberrat? Agisme cum an non? *Diuertirse, entretenerse.* Molestissimis ocupationibus, quibus distinebat, me laxo, & libere respiro. Aberrationem à molestijs habeo. Expedio me ab his negotijs, & dum alijs minus intentus vaco, mihi ab omnibus vacare videor, vacuo animo, & liberamente per hæc amæna voluptatum spacior. *Diuertimiento.* Digressio apropositò. Diuerticulum, mentis euagatio, vel relaxatio animi.

Diuidir. Diuido, is, partior, ris, dispertior, ris. *Diuision.* Diuisio, partitio, nis. *De aguas.* Diuortium, ij. *De lo que se parte* Sectio, dis. *Diuisible.* Diuiduus, a, m.

Diuiessa. Panus, i.

Diuina cosa. Diuinus, cœlestis.

Diuinidad. Diuinitas, tis, numen. Diui-

uina natura. *Diuinamente.* Diuinè, diuinitus.

Diuisa. Insigne, is. emblèma, atis.

Diuorcio. Diuortium, ij, discessio, dissidium coniugum. *Hazerle.* Diuortium facere, discedere, à coniuge. Res tuas tibi iubeo habere, & agere. Vxorem à se reijcere per dissidium.

Diuulgar. Diuulgo, as, prædico, as, in lucem proferre, in vulgus, & in lucem aliquid dare, edere, prodere. *Diuulgarse algo.* Rumore, famaque aliquid serpere, emanare in publicum, & vulgus, publicari, peruagari, celebrari in ciuitate, in ore omnium, dispalescere. Vide, *Fama.*

Dixes de niño. Crepundia, orum, pupæ, arum, sigilla, orum.

D ante O.

DOBLAR, ò *doblegar.* Flecto, inflecto, is. *Doblar la parada, dar al doble.* Duplicare, induplum rem augere. *Doblar la hoja.* Rem inceptam intermittere, ea lege, & nota, vt repetatur quam primum, & perficiatur. *Doblar la punta.* Flectere nauim læuorsum, vel dextrorsum. *Doblarse.* Alterius flecti, moneri que sententia, authoritate, &c. *No darà à doblar su braço.* Illius animi robur nulla vi frangitur, nec infirmatur constantia. *Dobles de campana.* Replicabilis sonitus. *Doblar por muerto.* Funesto, lugubri, & tristi alternante pulsu cyn bala tinnire, feralemque memoriã edicere, ennunciare, sonare. *Doblada cosa.* Duplex, cis. *Doblado de dos doblezes.* Duplus, a, um. *Hombre doblado.* Homo versipellis, vafer, ex mendacijs, & fallacijs constans, conflactus, in vtrumque paratus, Bifrons lanus, multiplex, duplex, duplici animo. *Todo và doblado.* Res gesta est bellè. Tu peperisti Amphitruonem, ego alium peperi Sosiam, si paternam patera peperit, omnes congeminauimus. *Doblez, pliegue.* Plicatura. *No tratarè con doblez.* Tecum non astutè, sed simplice, & candido agam animo. *Dobladura.* Inflexio, nis. *Cosa que se puede doblar.* Flexibilis, e, lenitus, ductilis, plicatilis. *Doblon.* Nummus aureus duplex.

Docil. Docilis, facilis, habilis ad docendum.

Docto hombre. Doctus, pereruditus, vir præclara eruditione, abundanti doctrina, atque optimarum artium studijs perpolitus, ornatus excultus. Homo peritissimus, & eruditissimus in omni disciplinarum genere, summà cum laude, & admiratione versatus. In quo multæ, & exquisitæ omnium disciplinarum conduntur gazæ. Ad omnem artem, & scientiam à Pallade effictus. Magna crepitantis Athænæi subsellia promeritus. Non tinctus, sed madidus, & imbutus omni tam Cecropiâ, quàm Latiâ litteraturâ, omnibus scientiarum instrumentis ornatus, & disciplinarum ornamentis instructus. *Doctrina.* Doctrina, æ. Disciplina, eruditio, instructio. *Doctor.* Doctor, laurea, & apice magisterij insignitus, decoratus, ornatus.

Dogal. Funis, is Liqueus, ei. *Està con el dogal al cuello.* Depilo, aut de si-

lo pendet. Vide, *Peligro.*

Dogma. Dogma, tis. Vide, *Doctrina.*

Dolerse. Doleo, es. condoleo vicem alicuius. Vide, *Compadecerse No os duele à vos esso, como à mi.* Vtinam tibi doleret itidem, vt mihi dolet.

Dolor. Dolor, ris. *De dientes.* Odintalgia, æ. *De estomago.* Cardialgia, æ. Rosio stomachi. *De costado.* Pluritis, idis. *De tripas.* Verminatio, torminam alui. *De hijada.* Ileus dolor. Voluulus, tormentum. *De riñones.* Nephritis, tidis. *De corazon.* Comitialis morbus. Herculeus, sacer, sonticus, cordolium. *De cabeza.* Dolor capitis, cephalalgia, vel cephalæa, hemicrania, æ. *De los pulmones.* Peripneumonia. *Padezco grandes dolores, ò dame esto grande dolor.* Acerbitates multas, dolores, cruciatusque perfero, sustineo, patior. Angor, premor, opprimor, torqueor, conficior dolorum magnitudine. Morsus, stimuli, aculei dolorum vndique me pungunt, lacerant, fatigant, nec vlla dant interualla quietis. Faces mihi admotæ adhærere videntur, quæ respirare non sinunt. Doloribus dirumptor, & acerbitatum copijs corpusculum istud circumuentum in tolerantiæ castris iam succumbit, & cædit. *Y el de mi corazon es mayor.* Atque animi mei dolor, acerbitas, mæror, quo ille afficitur, frangitur, consumitur, cruciatur, sauciatur, contabescit, cæteras corporis ægritudines, & molestias longè vincit, & superat. *Quitaronme el dolor vuestras cartas.* Tuæ mihi litteræ dolorem omnem ademerunt, exhauserunt, eripuerunt ex animo. Dolore ingenti leuarunt, oppressum animum, liberarunt, ab omni vindicarunt molestia. Medicinam attulerunt salutarem, doleremque lenierunt. *Está con dolores de parto.* In pariendo laborat hæc fœmina. Stimulat genitalis hora, doloribus tota concuritur, & discerpitur mulier. Dum enititur in fœtum, & parturit, cruciatu torquetur intolerabili. *Dolorido.* Doloribus affectus. *Doliente.* AEger, ægrotus, dolens. *Doloroso.* Dolorificus. *Ay dolor.* Prohdolor. Heu. *Dolencia.* Affectio parua.

Dolo. Dolus, i. Fraus, Stropha, æ.

Domar. Domo, as, è domo. *Domador.* Domitor, ris.

Domestico. Domesticus, a. m. *Domesticar.* Mansuefacere, ciuitate feras. Circur animal. *El domestico.*

Domingo. Dies Domini. Dominicus *Dominguillo de paja.* Pila, æ.

Dominio. Ius disponendi, & vindicandi rem. Imperium. Principatus, dominium. *Tiene dominio sobre èl.* Dominatur homini, & inescio, quo fato supereminet illi.

Don. Donum, i. munus. *Don fulano.* Domnus dominus. *Donatiuo al Rey.* Honorarium, ij. *El que se dà al Pueblo.* Congiarium. *Que se embiauan.* Missiliaum. *Al Embaxador.* Lautia, orum. *Tiene don desto.* Hac dote præcipuè ornatur, hoc munere cœlitus commendatis. *Donado en la Religion.* Religiosus famulus. *Donacion.* Donatio, nis.

Donayre. Faceriæ. Festiuitas, sales, lepores, venustas indicendo summa. *Donoso.* Bellus, lepidus,

dus, facetus, festinus. *Donoso don Diego* Næ tu homo ridiculus es. *Donosa fue vuestra descmboltura.* Bene,& grauiter impudens fuisti. *Donosamente.* Belle, festiue, lepidè, facere.

Donçella. Virgo. *Para casar.* Nubilis virgo, matura viro, tempestiua, viri potens. *De poca edad.* Acerba, immatura vinguncula, puella. *Ya de dias.* Exoleta, prouectioris ætatis vitio, coniugio viri inepta. *Desposada.* Virgo sponsa. *Hermosa y honesta.* Virgo eximia pulchritudine, summa integritate, & pudicia. *Donçella, ò criada.* Puella famula, pedisequa. *De labor.* A laboribus, operosa famula, operum non rudis. Mineruæ.

Donde, en que lugar. Vbi. *Donde vays.* Quo tendis? *Donde quiera voy* Quocumque. *Donde quiera està Dios.* Vbique nullibi non Deus adest.

Dorar. Auro tegere, inaurare vas. *Dorar sus yerros, ò fatas.* Specie recti vitia sua dissimulat. *Dorada cosa.* Auratus, inauratus, a. m. *Dorador.* Aurarius, inaurator.

Dorada pescado. Aurata, æ vel orata.

Doradilla yerba. Asplenum, i. Scolopendrium.

Dormir. Dormio, is. Somnum capere, inire, captere somnos. *Profundamente, à sueño suelto.* In vtramque aurem dormire. Profundo saginari, obrui sepeliri somno. Altè securèque consopiri, arctè ex lassitudine somno corripi. Tetigit me valetiore virga potens somnus, Endymionis, vel Epimeridis somnum dormire. *Hazer dormir à otro.* Conciliare, vocare somnum alicui, reducere, sopire, consopire dormiturum. *Yà no duermo la siesta.* Iam meridiationes detraxi. Meridiatione non vtor, necdo operam somno meridiano. *Medio dormido.* Semisopitus. *Dormilon.* Somniculosus, somnolentus. *Dormitar.* Dormito, as, obdormisco. *Dormirè sobre esto.* In nocte consilium capiam. *Cobra buena fama, y hechate à dormir.* Consule honestæ famæ, & nomini, & in portu dormi. *Dormir el vino.* Vinum exhala, & edormi crapulam. *No te duermas en las pajas.* Somnus ablit ab oculis. *Dormir, acostarse con alguno* Cubare, cubitare dum aliquo. *Mal dormi esta noche.* Noctem insomnem traduxi: hac nocte non quieui satis ex sententia. *Dormir apartado vno de otro.* Sècubo, as. *El que no puede dormir.* Insomnis, insopitus.

Dornajo. Aqualiculus, ligneus alueus vel labrum ligneum.

Dos. Duo, æ. duo. *Dos años* Biennium. *Dos dias.* Biduum. *Dos juntos.* Ambo, æ. Vterque. *Dos vezes.* Bis *Cosa de dos años.* Biennis, bimus. *Tiempo.* Biennium, ij. Dieritis, idis. *De dos dias.* Biduanus. *De dos en dos.* Bini, æ. a. *Apojento de dos camas.* Biclinium. *Cosa de dos colores.* Bicolor. *De dos cuernos.* Bicornis, e. *De dos cuerpos.* Bicorpor. *De dos codos.* Bicubitalis. *De dos dientes.* Bidens, tis. *De dos maneras.* Bifariam *Que dà dos frutos* Biferus. *Hendida por dos partes.* Bifidus. *De dos formas.* Biformis. *De dos frentes.* Bifrons, tis. *De dos cabellos.* Bigæ, arum. *Biingi. De dos generos.* Bigenerus. *De dos libras.* Bilibris, e. *Texi-*

da de dos lizos. Bilix,icis. *De dos lenguas.* Bilinguius. *Que està entre dos mares.* Bimatis, e. *De dos miembros.* Bimembris. *De dos meses* Bimestris, bimensis. *De dos nombres.* Binomius, vel Binomen. *De dos palmos.* Bipalmis, didoron. *De dos pies.* Bipedalis. Bipedaneus. *Que abre à dos partes.* Bipatens,tis. Biforis,e. *Que anda en dos pies.* Bipes, dis. *Diuidida en dos partes.* Bipartita. *De dos alas.* Bepennis,e. *De dos remos.* Biremis, e. *De dos vñas hendidas.* Bisulcus. *De dos caminos.* Biuius. *Dos vezes teñida.* Dibaphus, a. m. *Dos vezes mas varato.* Dupio minoris. *Dos tantos.* Bis totidem. *Dos tanto mas.* Duplo malus, seù magis. Duabus partibus pluris. *Dos contra vño hechanle del mundo.* Nec Hercules contra duos. Vni cum duobus non est pugnandum.

Dosel. Aulæa regia, peristroma, atis. Regale cadurcum.

Dote. Dos,tis. *Dotar à la hija, ò muger.* Dotem filiæ conficere,dicere. Dote locupletare, ornare. *Dotar vna Capellania ò fundarla.* Statuere,constituere,certam pecuniam annuam Sacerdotio. Præbitis annuis sancire sacra. *Dotado de ingenio, ò virtudes.* Preditus ingenio,virtutibus insignis, ornatus, instructus: præcipui ingenij dotè insignitus.

Doze. Duodecim. *En orden.* Duodecimus. *Doze vezes.* Duodecies. *Dozena.* Duodena, æ, duodeni, bis seni. *Bien puedo yo entrar en dozena* Propter multitudinem in grege numerati possum. *Adocenarse.* Promiscue cum omnibus versari, cum turba commiscri,parem infimis videri.

Dozientos. Ducenti,æ.a. *Ducientas vezes.* Ducenties. *Docientas mil vezes.* Ducenties millies.

D ante R.

Dragma. Drachma,æ. Argenteus numus.

Dragon. Draco, nis.

Dragontea yerba. Dracunculis, i. *Sangre de drago color.* Cinnabaris indica.

Driades nymphas. Dryades,um.

Dromedario. Camellus,i.

D ante V.

Ducado de oro. Aures numus, vndecim argenteis constans. *Ducado tierra del Duque.* Ducatus, us. Status ducis.

Duda. Dubium, ij. Dubitatio, ambiguitas, hæsitatio, nis. *Dudar.* Dubito, as. hæreo, es, ambigo, is. *No ay que dudar en esto.* Hæc res in dubium minimè est vocanda, aut venire potest. De hac re nullo modo ambigendum, quærendum, dubitandum videtur. Non in illa hæremus, aut pendemus animi, adeò res clara, perspicua, apertissima est. Vide, *Clara. Dudoso.* Dubius, incertus, anceps, suspensus, neque hanc, neque in illam partem propendens. *Muy dudoso me hallo.* In magnam sum adductus dubitationem. Dubia cogitatione, ancipiti cura distrahor. Fluctuat animus hoc dubitationis æstu. In biuio sum consilij. In lance propendet res, in iudiciorum isto, velutoscillo suspensus iactor. Quid primum, aut vltimũ eligam ignoro. A Equa-

les sunt calculi, paruo momento, huc, atque illùc impellimur. Auribus lupum teneo. Animi decem pectore, incerti certant, meo. Dum pèrplacet mihi consilium, dum rursum haud placet. *Sacar à vno de duda.* Hanc mihi, quam iniecisti, dubitationem tole; scrupulum, qui mihi residet dubitandi, eripe. *Sin duda.* Herclè, sine dubio. Non est dubium quin. *En duda, si es esso malo, no lo hagas.* Dum tibi iniicitur scrupulus dubitandi honestum, aut turpe hoc sit, minimè efficias. Dum tibi dubium subrèpit, an hoc liceat, abstine. *Dudosamente.* Dubiè.

Duelo. Duellum, i. Singulare certamen. *Duelos.* Vide, *Trabajos. Donde no està el dueño, aì està el duelo.* Quiù nullus vsus, si pastor abiit. *Todos los duelos con pan son menos.* Porrige, potsis panem, hinc obsona pugnos.

Duendes. Lèmures, laruæ, Dæmones aerij. *Moneda de duende.* Commentitius numus, pecunia furilis, inanis. Thesauri carbones.

Dueño. Dominus, herus, i. *Dueña.* Domina.

Dulce. Dulcis, suauis, e. *Dulcemente.* Dulcè, dulcitèr, suauitèr. *Dulçura.* Dulcedo, nis. Suauitas, tis, mellis, medulla. *Fuesse en dulce.* Impunita illi, & libera improbitas sua fuit. *No se me irà en dulce, ò alabando* Non ille impunis abibit. *Dulces.* Bellaria, cupediæ, tragèmata, orum.

Duplicar. Duplico, conduplico, as.

Duque ò Duquesa. Dux, cis.

Dura cosa. Durus, a. m. *De juizio.* Nimium sui iudicij, & sententiæ tenax, partinax, ceruicosus homo. *De condicion.* Asper, austerus, ferrea indole, homo, & natura. *Duramente.* Duriter, durè. *Vn poco duro* Duriusculus. *Dureza* Durities, vel duritia. *De juizio* Peruicatia, pertinacitas, tis. *De condicion.* Animi durities & naturæ.

Durable cosa. Strabilis, perennis, e.

Durar. Duro, as. Strabile a iquid permanere. Diuturnum esse. *Durò esto hasta tal tiempo* Hoc, etsi periclitatum est, animam tamen traxit ad illud tempus, perseuerauit per stitit, fixum fuit. *Dura mucho este vestido.* Diù hæc vestis, siue calcei durant. Non laceri fiunt, nec rumpuntur, aut sunt attriti. *Quien come las maduras, coma las duras.* Si mel, & apes. *Cosa que dura vn dia.* Perdius. *La noche.* Pernox, ctis. *Mucho tiempo.* Diuturnus. *Para siempre.* Perannis. Vide, *Eterno. Duracion de tiempo.* Spatium de cursus longioris temporis, sæculorum posteritas. Vide, *eternidad.*

Durazno. Duràcinum persicum. Nux molusca.

E ante A B C.

Eà, acaba ya. Eia, age, agedum, agesis.

Ebano Ebanus, i. vel èbenum.

Echar, tirar. Iacio, is. *Hazia atras.* Reijcio. *Por diuersas partes.* Disijcio, dispergo, is. *Afuera.* Eijcio, excludo, is. *De algun lugar, y por fuerça.* Eijcere, exturbare, expellere, detrudere aliquem ex vrbe, domo, regno, deijcere de sede, suis fortunis aliquem funditus euertere. *De si.* Abijcio, arceo, es, prohibeo,

beo, es, repello. *Lexos.* Proijcio. *Debaxo.* Subijcio, ſuppono. *Algo toſtendo.* Extuſsio, is. *Hechar menos.* Deſidero requiro. Deſiderium alicuius rei habere. In deſiderio eſſe. Deſiderio teneri. *Hechar mano de alguno para aſsillo:* Manus inijcere alicui, tenere, capere, apprehendere aliquem. *Hechar mano de vno por bueno.* Optimum quemque eligere, deligere. *Hechò mano de mi para eſte negocio.* Mea, in hac cauſa, opera ſepiſsimè vſus eſt. *Hechar mano a la eſpada.* Capulo enſem tenere iam ſtricturus, aut educturus. *A la bolſa.* Vide, *Bolſa. Hechan los arboles.* Gemmant, & rurgent vites, arbores. Frondent. *Ojas.* Florent. *Flores.* Emittunt fructus, producunt, gignunt, parturiunt, pariunt. *Frutos. Hechayſme en afrenta.* Iniuriam mihi facis, ignominiam paris, tua cauſa me tantum cogis dedecus ſubire. *Deſſeays hecharme del mundo.* Ne numeter inter viuos laborat. *Hechar de vicio hablando.* Iuuenor, aris. *La bendicion.* Vide, *Bendicion. Yo hecho la bendicion à los eſtudios.* Litteris, & diſciplinis ego multam ſalutem dico, & longùm valere iubeo. *Hechaſte à perder en eſſo.* Ipſe te impedis, ipſe te tua defenſione implicas. *Hechar à fondo.* Supprimere naues, opprimere, obruere. *Hechar ſuertes.* Sortior, tiris. *Hechar chiſpas.* Scintillare, exardeſcere iracundia. *Hechar pullas.* Mittere ridicula, iacere dicteria. *Hechar quenta.* Ad calculos vocari, venire, rationem ſubducere. *Hechar fama.* Diſsipare rumores. *Hecharſe*

Cubo, as, recumbo, is. *En la cama.* In lectum incidere, iacere in lecto. *Hecharſe en el ſuelo.* Iaceo, es, proſternere ſe. *A los pies de alguno.* Ad alicuius genua ſe prouoluere, ſupplicem accedere, ſe abijcere ad pedes. *Hecharſe con la carga.* Oneri ſuccumbere. *Hecharſe en baraxa.* Vide, *Deſeſperar. Hecharſe al agua, ò el pecho al agua.* Fortiter ſe in apertum diſcrimen mittere, difficilem ſubire aleam, arduumque inuicto animo negotium ſuſcipere. *Hecharſe eſto de ver.* Hoc facilè preſpicitur, liquet, pater. *No ſe hechará de ver.* Hæc res ſimulatione latebit falletur, occulta ſuberit. *Hechanſe los panes.* Luxuriantes ſegetes ſuccumbunt fertilitatis oneri. *Hechar el ſello.* Faſtigium inchoato operi ſummum imponere, ad vmbilicum rem adducere. Hac gemmarem conſigno. Cumulum accedere rei. *Hechar a buena parte.* Æqui, bonique conſulere, in meliorem partem interpretari. *A mala.* In malam partem accipere, rapere in peiorem partem. Vereor ne aliorſum, atque ego feci, accipias. *Hechar à perder.* Perdo, is, diſsipo, as. *Mas que lo heche a perder, que ſe me da à mi.* Profundat, perdat, pereat; nihil ad me attinet. *Hechanſe los vientos.* Ponuntur venti, ſedent, conſidunt. *Hechar algun rogador.* Aram ſibi, & precatorem aliquem parare, alicui apponere. *Hechar el reſto.* Omnes vires, & neruos intendere in re aliqua. *Hechoſe con el Diablo.* Triſtiſsimis ominibus illum proſecutus eſt. Diris cun-

ctis deuotum amandauit. *Hechè el reſto de mi ciencia en eſte libro.* Quidquid habeo iudicij totum, in hunc librum contuli. *Con vos todo lo tendrè hecho.* Omnia mihi erunt explicata, expedita, ſi te video, ſi te habeo. *No eſtoy hecho à eſto.* Inſolens huius rei ſum, propter inſolentiam rei. Vide, *Acoſtumbrado. Echar la ſoga tras el caldero.* Reliquias proijcere. *Echalo a eſto.* Ego ad hanc rem coniecturam, ſuſpitionemque meã reuoco, huic rei attribuo. *Echa cantos.* Inſipiens, tis, demens, tis, vecors dis. *Echado.* Proſtratus, iacens. *Echadizo.* Sub miſſus, ſub ornatus.

Ecco. Eccho, us, rociproca vocis iamgo Soni, vel vocis repercuſsio.

Eclesiaſtico. Eccleſiaſticus, Eccleſiæ deſtinatus.

Eclipſe. Eclipſis, defectio, deliquium ſolis, vel lunæ. *Eclipſarſe.* Defectum, deliquium ſolem, vel lunam pati: interpoſitu terræ lunam, & ſolem lunæ interiectu deficere, obſcurari, luminiſque partem amittere.

Ecumenico. AEcumenicus. Vniuerſalis.

E ante D.

EDAD. AEtas, tis, æuum, i. *De vna edad.* Coæuus, æquæuus, ætate pares. Proprioribuſpatijs meæ tuam inſequitur ætas: pari adoleſcimus æuo. *Tierna edad.* Tenera, iniens ætas prima, puerilis, *De edad mayor.* AEtatis maturioris, corroborata iam, & confirmata ætate. Qui longius ætate proceſsit, prouectus eſt. Cui gradior, & ingraueſcens eſt ætas, inſeniumque vergit. *Crecer en edad.* Adoleſcere, procedere ætate, annis. *Edad gaſtada bien.* AEtas honeſtè, purè, quiete, eleganter acta. *Conſumida.* Affecta, infirma, laboribus confecta, afflicta. *Linda edad.* Florens optima, opportuniſsima. *A tal edad llega.* Id ætatis habet. Vide, *Años. Tiene mas edad que yo.* Progreditur, prouehitur longius me ætate. Præſtat, præcurrit, antecellit me ætate. *Quando yo era de eſſa edad, no hazia eſſo.* Ego iſthuc ætatis, non ijs rebus operam dabam. *Edades, tiempo largo.* AEtates, tempora, æuum, ſæcula hominum.

Edicto. Edictum, i. *Publicarle.* Edicere aliquid Edicto promulgare.

Edificar. Edifico, as, coſtruo, extruo, fabricor. Erigere, excitare, conderæ ædificij molem, ſubſtructiones inſanas, & ſuperbas. *Edificar de mãposteria.* Cæmentare calce, & lapide rudi, parietem ducere. *De bobeda.* Fornices extruere, fornicari. *Edificio.* AEdificum, ij, fabrica, ſubſtructio, ædificatio, conſtructio, nis. *Coſa edificada.* Structillis, e. *Edificanos mucho con ſu vida.* Magno, præclaro nobis exemplo eſt. Exemplar virtutis omnibus proponitur illius vita. Exhibet nobis, quod ſequamur, virtutis exemplum.

Educacion. Educatio, onis. Vide, *Enſeñança.*

E ante F.

Efecto. Effectus, us, effectio. Quod effe-

effectum est. *Efetuar alguna cosa.* Re ipsa facere, præstare aliquid. *Quisiera que tuuiesse esto efecto.* Ad efectum horum consiliorum peruenire velim, rem perfici cupio. *En efeto.* Re, & exitu verò, reapse. *No tuuo esto efecto.* Consilium nostrum consecuti non fuimus. Irritum votum nostrum fuit, ad effectum non peruènit.

Eficaz. Efficax, cis, neruosus. Ad efficiendum acerrimus. *Eficacia.* Efficacitas, tis, efficientia, energia. *Eficazmente.* Efficienter.

Eficiente. Efficiens, tis.

Efemerides. Ephemeris, dis, liber, in quem quotidiana acta referuntur.

Efimera. Febris diaria, ephimeris, dis.

Efetà. Ha dicho efetà. In negatione, & inficiatione pertinaciter hæret.

Egloga Ecloga. Pastorum sermo.

Egregia cosa. Egregius, selectus, præstans.

E ante L.

EL. Ille, is. *Ella,* Illa, ea *Ello.* Illud, id. *El es* Ellum. En ipsissimus est.

Elada. Pruina, æ glacies, ei. *La flor elada.* Carbunculus, i. *La que abrasa el campo,* Vrèdo, inis. *Elarse.* Còngelo, conglacio, as, gelu astringi, comprimi, cõcrescere niue, atque pruina *Quedème eleto, ò elado.* Horrrui animo, obrigui. *Elaronse las viñas.* Pruina, vel gelu vineas, & fructus floridos decoxit. *Elòse lo que esperaua.* Antoni spes dignitatis conglaciauit. *Elado de frio.* Gelu constrictus, frigore compressus, glacie rigidus.

Eleboro yerba. Ellèborum, i. Vèratrum, i.

Elecho yerba. Filix, icis.

Elegia. Elegia, æ. Elegiacum carmen.

Elefante. Elephans, tis, vel Elephantus, barrus, i.

Elegante. Elegans, tis, luculentus, concinnus. *Elegancia.* Elegantia, æ. *Elegantemente.* Ornatè, politè, elegantèr. Vide. *Eloquente.*

Elegir. Eligo, is. Dèligo, seligo. *Por suerte.* Sorcior, ris. Sorte educere. *Por hijo.* Adoptare filium, vel Patronum. *Senador.* Allegere Senatorem. *Gouernadores.* Magistratus proficere, præponere Prouinciæ. *General de la Caualleria.* Dicere Magistrum equitum. *Agorero, ò Sacerdote.* Inaugurare aliquem. Renunciare Sacerdotem, in Sacerdotium assùmi. Creare, consecrare Pontificem. *Eleccion.* Electio, subsortitio. Delectus, us. *Electo, elegido.* Designatus, electus. *Fui elegido, no por votos secretos, sino viuæ vocis oraculo.* Non rabellam indicem tacitæ libertatis, sed vocem viuam in me eligendo iudices præ se tulerunt.

Elementos. Elementa, rudimenta genitalia rerum, prima corpora. *Iuega, bebe los elementos.* Colluror, & aleator insignis, & Cymbiorum remex, amystide bibit, calices èpotat.

Elencho piedra preciosa. Elenchus, i. *Indice del libro.* Index, cis. Elenchus.

Eleuarse. Vide, *Arrebatarse.*

Eloquente. Eloquens, facundus, copiosus, in quo nemo neruos, ossa, robur, sanguinem, colorem orationis, nemo adornatum vndantes, & fluentes iubas desideret. Qui ho-

mi-

minum animos oratione ſuaui alliciat, teneat, capiat. Ex cuius aureo ore melle dulcior fluat oratio. Qui orationis habenas, vel adducit, cum velit, vel remittit, & quocunque vult audientium animos impellit. Qui varijs fugurarũ lumi nibus, tamquam ſtellis orationem diſtinguit, exornat. Vbertate dicendi, & copia fandi celeberrimus. Dicendi artifex. Audies blandientem AEſchinem, Demoſthenem rapientem, vernantem Hortenſium, Vincentem Tullium ex edito loco tonare. Qui in maximis cauſis, in hoc foro, domicilio imperij, & gloriæ præſtet, ingenio, & lingua, omnium facilè princeps. *Eloquencia*. Eloquentia, æ. copia facultas ſingularis, incredibils, vberior, artificioſa dicendi. Orationis aureum flumen, diuinum quoddam, adque incredibile dicendi genus, ſumma vis, vbertas. *Eloquentemente*. Diſertè, eloquentiſsimè, magna cum eloquentia. *Eloquente vano, y aparente*. Logodædalus, vaniloquus, captioſus orator.

E ante M.

Emancipar. Sui iuris aliquem efficere, eximere ex poteſtate paterna. Emancipare, èpaterno iure liberare ſe.

Embaçar. Hærere, obſtupere. *Embaçado* Stupidus, hærens. Impeditus.

Embalſamar muertos Mortuos, cadauera medicamentis præſeruare, vnguentis condire.

Embaraçar. Impedio, is. Impedimentum alicui afferre, obijcere. Impedimento eſſe alicui. *Embaraço*. Impedimentum, i, mora, æ. *Embaraçarſe con algo*. Præpediri, diſtineri, aliqua re.

Embarcarſe. Aſcendere, conſcendere in nauim. *Embarcar gente* Imponere milites naui. *Embarcacion. Entrar en la naue*. Aſcenſus, conſcenſio in nauim. *La miſma naue*. Claſsis, is.

Embargar hazienda. Sequeſtro, as. *Tal embargo*. Sequeſtratio. *Embargar la obra, ò otra coſa*. Impedire edificationem, alicui rei obſtare, moram inferre, inijcere, interponere. Comprehendere vehicula, frumentum, &c. *No embargante, &c*. Non obſtante hoc, &c.

Embarnizar emborrar. Illino, vitumine aliquid, luto tego. Deluto, as. *Embarrador*. Tector, oris.

Embaucar. Præſtigijs aliquem decipere, eludere. *Embaucamiento* Præſtigiæ artificioſa rapacitas. *Embaucador*. Præſtigiator, circulator, fumoirum vènditor.

Embaxada. Legatio, nis. *Embaxador*. Orator, ris, legatus. Pacis, ac belli curator. Interpres, publici conſilij auctor, miniſter muneris totius Regni. Caduceator. *Hazer ſu oficio de Embaxador*. Obire, perficere, èxequi legati munus, legationem ſuam.

Embaular. In cameratum ſcrinii multa inferre. *Comiendo* Infercire ventrem dapibus. Vide *Gloton*.

Embelecos. Fraudum, & dolorum inuolucrum, nexus, catena.

Embeleſarſe. Ob ſtupeſcere. *Tieneme eſta imagen embeleſado*. Imago iſta me ſtupidum tenet. Senſus omnes

nes meos ad se rapit.

Embeuecerse, embobarse. Stupidum reddi, teneri. *Tal embelesamiento.* Stupor, oris.

Embeuer. Imbibo, is. Humorem attrahere, fugere. *Algo cosido.* Contrahi vestem, subtrahi, fieri augustiorem.

Embiar. Mitto, is. *Con embaxada.* Legare, legere, deligere legatum, legationem alicui dare. Oratorem mittere. *Embiar delante.* Præmitto, is. *De la otra parte.* Transumitto. *De si.* Dimitto. *Tornar à embiar.* Remitto, is. *A lexas tierras.* Ablego, amando, as. *Embiar muchas vezes.* Missito, missiculo, as.

Embion Impulsus, us.

Embidar. Inuitare, lacessere interludendum, aliquem prouocare. *El resto.* Summam omnem lusionis sorti exponere, obijcere. *De falso.* Malitiosè, fictè.

Embidia. Inuidia, æ. Liuor, ris, maleuolentia, nis. *Tener embidia.* Alicui virtutem, vel alicuius virtuti inuidere. Alienis bonis mœrere, dolore disrumpi, morderi, contabescere inuidiæ stimulis, carpi, & facibus agitari, incendi, alienæ laudi æmulari. Rebus opimis alicuius marcescere. Fascinare me quidam Saturnius oculus voluit. *El mas alto, es mas embidiado.* Principes viri propositi, atque editi in altum, ab omnibus ventis inuidiæ circunflari possunt. *Cada vno embidia lo que le falta.* Eduntulus vescentium dentibus inuidet. *Embidioso.* Inuidus, liuidus, æmulator, maleuolus. *Embidiosamente, con embidia.* Inuidiosè. *Embidilla.* inuidiola, æ.

Embiudar. Orbari coniuge, marito.

Emblanquecer. Vide, *Blanco.*

Emblema. Emblema, tis.

Embocarse. Globolum per os annulifer rei immittere.

Embozarse. Inuoluere pallio caput. *Embozado.* Inuoluto capite homo

Embolsar. Pecuniam in saccum immittere, inferre, recipere, excipere.

Emboluer. Inuoluo, is. Glomero, as. Implico, intego, is *Embo torio* Inuolucrum, volumen. *De cartas.* Fasciculus.

Emborrachar à otro. Vino, & mero aliquem ingurgitare. Ebrium reddere, inebriare. *Emborracharse* Vino madere, capi. Ex vino vacillare, plenis faucibus se mero obruere. In vinolentiam incidere. Assiduum esse cymborum remigem. Egregium bibonem, vini insatiabilem gurgitem. Egregiè hæc anus se sauciauit, percussit flore Liberi Eduobus tria vidit. Vide, *Borracho, y, beuer.*

Emboscarse. In syluam se abstrudere, abdere, occultare, recipere. *Emboscada de enemigos.* Insidiæ, arum, hostium insidiola cohors.

Embotar. Hebeto, as, gladium, aut gladij aciem obtundere. *Embotarse* Habeo. Habescit mentis acies.

Emboti[illegible]. Buccas puerorum præ iracundia tumescere lachrymantium. In fermento iacere.

Embobarse Vide, *Embelesarse.*

Embrazar el escudo. Clypeumque aptare manibus, insertare brachio, accommodare.

Em-

Embrauecerſe. Furere, ſæuire, ſe ipſum ira excitare.

Embriagarſe. Vide, *Emborracharſe.*

Embrion. Embryo, nis, fœtus imperfectus, rudis.

Embudo. Infundibulum, i. *Embudar.* Per infundibulum liquorem in vtrem infundere.

Embuſte. Mendacium artificio plenum, techna. *Embuſtero.* Fraudulentus, mendaciorum architectus impoſtor fumiuendulus.

Embutir. Farcio, is, infercio, is.

Emeiga entre dos ſuldos. Lira, æ.

Emendar. Corrigo, is, emendo, as. *La vida.* Iam retulit pedem à vitiorū via, & nouam virtutis iniuit. Ex miſerrimas flagitiorum ſordibus emerſit. Reduxit calculum, talum repoſuit. Vide, *Conuertirſe. Emiendar algun yerro de libro, ò lugar* Pæoniam alicui auctori manum admouere, bonam operam ei fanando nauare. Vide *Corregir y Libros. Emenda.* Reſipiſcencia, emendatio, correctio, caſtigatio. *Propone la enmienda.* Se iterum non commiſurum profitetur. *Enmendador.* Corrector, caſtigator, ris.

Emina medida. Hæmina, æ.

Eminente. Præſtans, eximius, excellens qui cæteris aliqua arte, ingeno præcellit eminet. *Eminencia.* Præſtantia, eximia facultas ingenij. Excellentia, æ. *Eminentemente.* Præſtanter, præclare.

Enmudecer. Obmuteo, conticeo, es.

Empacho. Subruſticus pudor. *Empacharſe.* Pudore ſubruſtico præpediri. *Que te empachas de hablarme?* Me nè faſtidis propudioſe? Eloquere propere.

Empadronar. Cenſeo, es. In cenſum referre. *Empadronar.* Capite cenſus. *Empadronamiento.* Cenſus, us.

Empalagarſe. Præculcedine, vel pinguedine cibi, palatum cibum faſtidere, tedio affici. Faſtidium palato hoc meo affert.

Empalar. Sudibus aliquem medium infigere, adigere ſtipitem per mediū hominem, præpoſſero ordine ſuffigere. *Empalizada.* Vallum, i.

Empanar. Pane tegere, incruſtare carnem. *Empanada.* Artocreas, atis.

Empañar al niño. Pannis tegere infantem, inuoluere, inuolucris lineis aſtringere. *Empañarſe el eſpejo.* Vapore, halitu ſpeculum obnubilari obnubi, obduci.

Empapar. Vide, *Embeber.*

Emparejar. Ad amuſsim aliquid cum aliquo componere, æquare, comparare.

Empezar. Vide, *Comenzar.*

Empecer. Obſum, es, præiudicio, as, officio, is. Vide, *Dañar.*

Empedernido eſtàr. Lapidaſcere, obdureſcere, & in ſaxum rigere.

Empedrar. Viam, pauimentum lapidibus ſternere munire.

Empegar. Pice oblinere vas. *Empegamiento ò betun.* Gummitio, picatio, onis.

Empeyne. Impetigo, inis.

Empellon. Impulſus, us. *Hecharle à vno à empellones.* Impellere, extrudere aliquem propulſare vi.

Empeñar. Oppignero, as, pignori aliquid dare. *Empeñarſe.* Aes alienum contrahere, ſe oſtringere ære alieno. *Empeñò ſu palabra.* Suam fidē interpoſuit obligauit. *Empeñòſe en eſto.* Huius rei officio teneri voluit hu-

huius se obligatione,& fide obstringi agendi negotij. *Empeño.* Oppignoratio, contractio æris alieni. Fides pignerata Pollicitatio,onis.

Empeorar. Indeterius,& peius ruere. Deteriorem, peioremque quotidie fieri, reddi. *El enfermo.* Ingrauescere morbum, deterius valere, peius se habere *Esso es empeorar el negocio.* Nugæ sunt, si stimulos pugnis cædis, manibus plus dolet.

Emperador. Imperator, Princeps,Augustus. *Emperatriz.* Augusta, Imperatrix, icis.

Emperezar. Pigresco, is. Pigror,aris, cunctari. Moras pigras trahere.

Empero. Sed, vero, verum tamen.

Emperrarse. Morecanum ringere, vel canis in rabiem commoueri.

Empinar. Attollo, is, sustollo. Infastigium,vel acumen,aliquid statuere.

Emplasto. Emplastrum, suplenium,medicamentum, i. malagma, atis *Emplastar.* Emplastum imponere, lenire, molire, vulnus medicamento.

Emplazar. Diem alicui dicere, citare vt compareat, & causam dicat.

Emplear. In sumo, impendo, is. *Bien empleado está el beneficio en Antonio.* Benè apud Antonium, beneficium collocasti, posuisti, magno eius merito in illum operam tuam contulisti. *Todo me empleo en vuestro seruicio.* Omnis mea cura,labor,studium, diligentia, in te ornando, & tuæ laudi seruiendo desudant. Huic tuæ laudi, vel, vt melius dicam saluti, meum studium dico, dedico, consecro. *Mal empleado quanto por ti hago.* Malè apud te beneficium posui, qui benefacta malefactis subertis: Beneficium corrupisti,qui tam iniquè illo vteris,aut abuteris. *Emplear dineros.* Collocare pecunias in aliqua re. In quessu relinquere, vel habere.

Emplumar. Alienis plumis aliquid vestire, alicui inanes plumas aptare, plumas affigere. *Emplumado.* Plumatus, pennatus, pennitus.

Empobrecer. In angustias rei familiaris adduci, in egestatem, inopiam, & paupertatem deuenire.

Empozar. In puteum aliquem demittere, conijcere, præcipitare.

Empollar la gallina. Fouere oua,illisque incubare.

Emponçoñar. Veneno aliquid inficere, tingere, medicare, sagittas armare veneno.

Emprender alguna hazaña. Magnum aliquid, & gregium susciperes aggredi facinus. Moliri conori adoriri ardua, difficillima. Adducere, erigere animum ad res præclarès. *Bn auo negocio emprendo, no se como salir dè.* Insanum, magnum molior negotium: metuoque, vt hodie possim emoliet. *Empressa, tal acometimiento.* Aggressio, facinus arduum, incæptum, conatus, us. *Empressa,ò diuisa.* Symbolum, Hieroglyphicus. Emblema,atis. *No salio cõ su empressa.* Ab incæpto destitit, desiliuit,desiliuit ex irrito conatu, cecidit causà: victus, & inglorius abiuit.

Emprenta. Prælum, typus, officina typographia. *Los moldes.* Archetypus plumbeus, vel æreus. Caracteres. *La caxa.* Arca patula. *Los caxoncicos.* Loculi, in quos distribuun-

buntur litteræ. *Las valas con que dan tinta.* Pilæ pelliceæ. *El Componedor.* Compositor formularum. *El Tirador.* Impressor.

Empreſtar, ò preſtar, lo que no es dineros. Aurum, triticum, ædes alicui accomodarè. *Dineros.* Mutuas pecunias alicui dare. *Tomar preſtado.* Sumere mutuum, vtendum accipere. *Empreſtido.* Mutuatio, nis. *Caſa empreſtada.* Commodatus, mutuus, a.m. Vide, *Preſtar.*

Empringar. Tosto lardo panem inungere, pinguemque torrere. *Aun no aſſamos y yà empringamos.* Capra nondum peperit, etiam hædus ludit in tectis. Vide, *Pringar.*

Empuñar. Ensem capulo tenere. *Empuñadura.* Capulus, i.

Empujar. Impello. Vide, *Empellon.*

E. ante N.

En. In. *Prepoſicion.*

Enagenar Alieno, abalieno, as.

Enalbardar. Clitellam asino imponere, aut mulo. Hinc mulus clitellarius. *Mulo enalbardado.*

En alguna manera. Aliquo modo, ex aliqua parte, ex parte. *En algun tiempo.* Aliquando. *En algun lugar.* Alicubi.

Enalmagrar. Rubrica notare oues. Rubricare, rubricatam illis inurere notam. *Enalmagradas.* Rubricatæ, insignitæ oues rubricata nota.

Enamorar à otro. Blanditijs, lenocinijs, aut pulchritudine aliquem ad sui amorem pellicere, amorem alicuius conciliare. *Enamorarſe.* Capi, allici, rapi, incendi alicuius amore. Vicinum adolescentem perspexisti: candor huius, proceritas, vultus, & oculi te perculerunt. Vt vidi, vt perij, vt me malus abstulit eror. *Enamorado.* Procus, amans cui hæret affixus clauus Cupidinis. Qui sub regno Veneris vapulat, cuius cor Veneris saggita Cupido transfixit. Amasius, quem fœmina tenet.

Enano. Nanus, i. Pygmæus, ei, pumilio, nis. Nodo sus globus humanus breuis statura. *Enana coſa.* Pusillus, pumillius, a.m.

Enarmonarſe. Attollit se quadrupes. *Del caualllo.* Sese efferre, iactare hominem. *Del hombre.*

Encadenar. Nectere, ligare cathenis.

Encalabrinar. Fœtere, aut graui odore, & spiritu cerebrum, aut caput alicuius lædi, obturbari, offundi.

Encalar la pared. Parieti ex calcetectorium inducere, calce de albare parietem.

Encallar el nauio. Hærere in scopulis, insalebris: breuibus, vadis illidi.

Encallecer. Obcalleo, es, callos obducere.

Encaminar. Viam alicui indicare, mostrare, in viam aliquem inducere. *Dios te encamine con bien.* Prosperum, & fauctum tibi Deus secundet iter, fortunet. Feliceni expeditionem ineas, teneas, conficias, & domum incolumis tedeas. *Encaminar bien los negocios.* Rem rectè dirigere, disponere, ducere gerenda.

Encañar el agua. Diducere per suos ductus, & tubos aquam. *Encañados de caños.* Arundinibus prætexta, & munita septa.

Encanecer. Canesco, is. Caneo, es. *Antes*

tes de tiempo. Festinatis senectutis inlignibus ornatur cæsaries: supernè murori in cygnum.

Encandilar. Lumine oppositò præstringi oculis. *Por engañar.* Vide, *Engañar. Encandiladeras.* Vetulæ deceptrices puellarum, circumuentrices anus.

Encantar. Carminibus, cantionibusque ligare aliquem, mutare in aliã formam: Lunam de cœlo deducere. *Encantada deue de estar para alguna traycion essa tu daga.* Quibus à te ista sicca initiata sit sacris, ac deuota, nescio. Ephesias litteras effert. *Encantamiento.* Cantio, carmen præstigiæ. *Encantador.* Cantator, maleficus, veneficus. *Algun encantador nos rebuelue la casa.* Præstigiator forte, aut veneficus hanc excantar nobis familiam.

Encapotado, ò ceñudo. Toruo aspectu, caperata, contracta fronte. *Como viene este encapotado?* Quid illuc est, quòd illi caperat frons seruerit udines? Vide, *Ceño.*

Encaramar. In fastigium aliquid erigere, fastigiare, vel fastigare. Vide, *Encarecer.*

Encarcauinar. Vide, *Encalabrinar.*

Encarcelar. In carcerem aliquem conijcere, detrudere. Vide, *Carcel.*

Encarecer, encaramar vna cosa. Rem nimis augere verbis, attollere, exggerare, ornare, ac veluti quibusdam cothurnis eleuare. Affingere, adsuere plurimum de suo veritati, & vltra modum hyperbole vti. *Vuestra virtud no necessita de encarecimientos.* Virtus cognita tua verborum ornamento non requirit. *Encarecerse las viandas.* Rèrum pretium augeri, accedere pretium rebus, annonam ingraueſcere, in immensum excreſcere pretia, cariorem, duriorem, difficiliorem annonam pari, flagellare, vexare, & onerare. Vide, *Carestia. Los que ansi los encarecen.* Timiòpolæ, arum. *Encarecedor.* Amplificator rerum.

Encarçarse. In dumèta correpere, senticètis impediri, irretiri.

Encargar algo à otro. Prouinciam alicui mandare, imponere, committere, commendare onus, officium, munus, rem alicui deferre. *Encargarse de algo.* Suscipere aliquid agendum, in se recipere, subire onus, sustinere alicuius rei.

Encarnado. Rufus, puniceus, a.m.

Encarnar el Hijo de Dios. Diuinum Patris verbum induere, assumere, suscipere naturam humanam, humana carne, & mortalitate vestiri, regi, humanas inire vias, hominemque subire, conditionem humanam sibi sociare, corpulare, ascisscere. *Encarnacion tal.* Diuini Verbi cum humana natura coniunctio vnio, indissolubilis nexus diuinæ, humanæq; naturæ in Virgineo vtero. Conditio humana suscepta à Patris Verbo. *Encarnar, dar encarnacion los Pintores.* Colore mentiri, & exprimere humanam carnem.

Encarnizarse. Desæuire crudeliter in aliquem, eiusque carnificina pasci, delectari. *En deshonestidad.* Inuitiorum cœno voluptari.

Encartar. Proscribere aliquem. *Encartado.* Proscriptus, bannitus.

Encasar el hueso. Restituere disiunctum os suo loco, committere, inclu-

cludere, connectere.

Encaſtillarſe. Caſtello, i, arce ſe tueri, protegere, munire.

Encaxar. Includere aliquid loco. *Encaje.* Coagmentatio, commiſſura. *Encaxa eſſos dedos.* Conſere, iunge dextram. *Ya que à nadie ſe la pueden encaxar, me la dàn a mi.* Ea quoniam nemini obtrùdi poteſt, itur ad me. *Si vna vez ſe le encaxa en la cabeza, no ay quien le aparte dello.* Si ſemel ſederit res, opinionem inſitam, imbibitam, comprehenſam ex animo nemo euellet. Oſtrei in morem, mordicus tenet, gradum fixit.

Encenegado. Cænoſus, qui nulla re magis gaudet, quam in cæno voluptatis volutari Sus in volutabro. Vide, *Vicioſo.*

Encender. Accendo, incendo, is, inflammo, as. *Encenderſe.* Ardeo, flagro. *En enojo &c.* Vide, in ſuis locis. *Encendido el paño de color* Lana ſaturata, plena colore.

Encenſario. Vide, *Incenſario.*

Encentar. Vide *Decentar.*

Encerar. Cera oblinere aliquid.

Encerado de ventana. Tranſenna papyracea òblita cerà.

Encerrar. Claudo. Vide, *Cerrar. Encerrar los frutos.* Condere, percipere fructus, meſſem. *Aqui ſe encierra todo.* Hac periodo continentur omnia. Hæc eſt ſumma rei.

Encia. Gingiua, æ.

Encima. Suprà, ſuper.

Encina. Quercus, us, æſculus, i. *Encinar.* Quercètum, i.

Enclauijar los dedos. Vide, *Dedos.*

Encoger. Contraho, is, retraho *Tal encogimiento.* Contractio. *Encogerſe, y encogido.* Subtimeo, es. Subtimidus, verecundus. *Eſte encogimiento.* Verecunda cunctatio, pudor ſubruſticus.

Encolar. Conglùtino, as.

Encolerizarſe. Vide, *Colera y enojo.*

Encomendar. Encòmendoos mucho à Antonio. Sic Antonium tibi commendo, vt maiori ſtudio commendare non poſsim. Cura, vt Antonius intelligat meam commendationem vulgarem non eſſe. Totùm hominem tibi trado (vt aiunt) de manu ad manum. Peto à te maiorem in modum, vt ei omnibus in rebus, quantum tua dignitas, fides, atq; facultas patiatur, còmmodes, & accommodes. Gratius nihil mihi facere potes; quam ſi cum omni ſtudio, omnibuſque in rebus tuearis, humanitate tua foueris, complexuſque fueris *Encomiendas.* Mandatum. *Muchas encomiendas os embia Antonio.* Salutem multam tibi dicit, mittit Antonius: te amiciſsimè ſalùtat. Gaudium ſuum per me profert, & obſequium offert. *Dadſelas de mi parte.* Ego obſequioſum animum illi defero, & ſalutem; ſic renuncia. Salutem fratri tuo meis verbis nomina, nuncia, impertire, defer. Saluere Antonium iube, ſalutem illi adſcribe. *Encomendadme à Dios.* Precibus apud Numen me iuua tuis. *Encomienda de Santiago.* Inſigne Crucis purpureæ Diui Iacobi cum diuite centa. *Encomienda, ò recomendacion.* Commendatio, commiſsio. *De mucho ſirviò vueſtra recomendacion.* Acceſsit cumulus maximus commendatione tua.

Encomio. Præconium, laus, commendatio rerum gestarum alicuius.

Enconar la llaga. Exulcero, as. *Enconaste tu este negocio.* Tu in hoc vicere vnguis exiitis.

Encontinente. Confestim, statim.

Encontra. Econtrà, contra, è contrario.

Encontrar a vno en el camino. Vide, *Encuentro. Encontrarse peleando.* Confligere, concurrere, còngredi, signa conferre. *Tal encuentro.* Conflictus, congressus, us.

Encordio. Bubo, panus inguinis.

Encordar la vihuela. In lyra æquà intensione fides, & neruos contendere. Cytharam fidibus, neruisque intentis instruere.

Encordelar. Funibus intexere lectum.

Encorozar. Infami cucullo aliquem insignire, notare caput, fastigiare. *Encorozado.* Turpitèr, famosè, insigniter mitratus.

Encorar el cofre. Arcam cameratam corio vestire, tegere, obducere.

Encorporar vna cosa con otra. Immiscere, commiscere aliquid rei. *En algun Colegio, ò comunidad.* Cooptare in Collegium, vel familiam aliquem. *En la cama.* Pectore tenus in lecto se erigere, residere.

Encorvarse. Incurvesco, is. *Encorvado.* Incurvus, incurvatus, a, m.

Encrespar, ò enrizar los cabellos. Crispo, as. Crispitudinem arte conciliare, videlicet sartagine, lamina, acu calamistro, candentibus, & causticis medicamentis. Ferro vibrare, frangere ingradus, scansilem facere capillum. *Los que los encrespan.* Ciniliones, cinerarij. Vide, *Aderezar, y Cabellos.*

Encrucijada. Biuium triuium, compita, orum. Vide, *Camino.*

Encrudecerse. Crudesco, recrudesco.

Encruelecerse. Sæuio, is. Vide, *Cruel.*

Encubar. Inculeum aliquem insuere.

Encubrir. Cælo, occulto, as. tego, is, latebram alicui rei quærere. *No se pueden encubrir tus maldades.* Nullis simulationum inuolucris tua flagitia tegi, & occultari possunt. Extant tuorum tam expressa flagitiorum vestigia, vt quipiam, vel negligentissimus offendat. Tuorum scelerum cicatrices, non tam obductæ sunt, vt vel à cæcutientibus non videantur. Domus tuæ parietibus, & occultissimis penetralibus tua flagitia se continere minimè possunt. *No se como encubrir esta mentira.* Nec mendacijs subdolis mihi vsquam mantellum est meis: nec sycophantijs, nec fucis rem oblinere valeo. *Muy encubierta anda la verdad.* Multis sub inuolucris veritas iacet, in profundo demersa est. *Encubridor.* Receptor, occultator. *Encubrimiento* Occultatio. *Encubiertamente.* Occultè, abditè, ex occulto, clanculùm.

Encuentro, y salir al encuentro. Obuiam ire, prodire, exire, òccurrere, fieri alicui: dare se, ferre, offerre, obuium esse, vel obuiam. *Tal encuentro.* Occursus, obuiatio. *Encontrarse à caso.* Concurrere, conuenire fortuitò. *Que lindo encuentro!* Opportunè te obtulisti mihi obuiam. O mea commoditas, ò mea opportunitas, auem albam vidi! *Sali volando al encuentro.* Obuius ad te volaui. *Cosa encontradiza.* Obuius, a, m.

Encumbrar. Ad astra aliquem tollere. Vide, *Alabar, y Dignidad.*

Endechas Næniæ, arum, carnem funestum, lugubre ad tibiam *Endechera, ò lloradera.* Præfica, æ.

Endemoniado. Energumenus, à Dæmone possessus, obsessus, phanaticus.

Enderezar. Dirigo, is. *Su intencion, ò pensamiento à Dios.* Velificationem mentis ab humanarum rerum salebris auertere, ad vnum Deum dirigere, tanquam trâquilitatis portum: vnum Deum habere animi sui normam, & metam, quo omnium cogitationum semper tendant, & ferantur mentis quadrigæ. Ad vnum Deum omnia sua consilia, studia, cogitationes intendere, referre.

Endiuia. Intybus, i.

Endrina. Prunum nigrum.

Endulçar. Dulce aliquid efficere, reddere. *Endulçarse.* Dulcesco, is.

Endurecerse. Obdureo. Obdurescо.

Enebro. Iuniperus, is.

Enebrar. Vide, *Enbilar.*

Eneldo yerba. Anethum, i.

Enemigo publico. Hostis, is. *Particular.* Inimicus, aduersarius. *Quien es tu enemigo? El que es de tu oficio.* Odit faber fabrum, figuloque molestus est figulus, mendico protinus inuidet alter mendicus, cantor cantorem liuidus odit. *El que a su enemigo topa, en sus manos muere.* Colubrum infimu fouet, qui hostem lactat. *De los enemigos los menos.* Ne catulus quidem est relinquendus. Stultus, qui patre cæso, liberis eius pepercit. *Enemigo de Dios, y de los hombres.* Sacrorum omnium, religionum, huminumque hostis. *Tendràme por enemigo, si esso hiziere.* Si id egerit, me rupem habebit, vbi fluctus sui furoris despument. Bellum illi indico, meque illi hostem palam profiteor aduersarium. *Enemistad, ò enemiga.* Inimicitia, simultas, atis. Odium, inuidia, maleuolentia, ab alienatio. *Enemistarse con alguno, ò tener enemistad.* Graues, mortales, maximas, periculosas, apertas, acerbissimas inimicitias, simultates, odia suscipere, gerere, exercere, habere cum aliquo: in illas venire, incidere, incurrere. Indicere inimicitiarum dissidium alicui. Inimicantur, alienant se, & ab alienant. *Solo seruis de enemistarnos.* Hoc solùm agis, vt grauissima concites odia, inimicitias seras, & spargas. Conflas inuidiam, & simultates, odium, & dissidium inter coniunctissimum quemque excitas, vtrumque nostrum in inuidiam vocas. Vide, *Amistad deshazer. Enemistado.* Infensus, aduersus, ab alienatus. *Con el que anda à tu lado nunca estès enemistado.* Necertes cum eo, qui pedem tecum habet in eadem pelui. Balneum ingressus depone odium.

Enerizarse los cabellos. Horridi stant pili, horrent stantes. Horripilo, as.

Energia. Vis, efficatia, bona latera.

Enero mes. Ianuarius, ij, mensium, & anni Ianua. Iani mensis.

Enfadar à otro. Fastidium alicui afferre, ingenerare, satietate, & fastidio esse. *Enfadarse.* Stomachari, ægrè, molesteque aliquid ferre-

Mucho eſto me enfada. Ad nauſeam iſta. Satis, ſuperque de hac re Stomachum hoc mihi mouet. Satietatis, & faſtidij plurimum mihi parit. Tædio, & ſatietate huius rei afficior. *Enfado.* Faſtidium, ſatietas, tædium. *Enfadoſo.* Faſtidioſus, moroſus, importunus, moleſtus. *Enfadoſamente.* Faſtidioſè, moleſtè.

Enfaldarſe. Præcingere, adſtringere, tollere, colligere deſſuentes veſtes.

Enfardelar. Saccos, & ſarcinas infartas conſtringere, funibus adligare.

Hablar. For, aris. Fabulor, loquor, colloquor, eris. Verba facio, vocem emitto, orationem, sermonem habeo, fero, confero. *Oy hablamos de vos largo*. Hodie in quorumdam amicorum sermonem incidisti, venisti, communes quidam amici de te mentionem fecerunt, meminerunt, in nostro versatus es sermone, amicorum cætui, & coronæ materiam prolixam de te colloquendi præbuisti. Longam de te ad multas horas sermocinationem produximus, traximus. *Habla muy aprieſa*. Verba celeriter voluit, est in eo mira linguæ volubilitas, celeritas, rapido ferunt orationis cursu. *Hablar entre dientes*. Intus sibi loquitur, verba non apertè, & clare exprimit, sed comprimit, mussat, musitat. *Hablar con otro*. Colloqui, miscere sermones, conferre cum aliquo. *Dios nos habla por la Escritura Sagrada*. Sacris voluminibus ad nos diuina vox proficiscitur. *Hablar bien de alguno*. Vide, *Alabar*. *Mal*, *Murmurar*. *Bouerias*. Vide, *Disparates*. *No hablais palabra, que no sea vna perla*. Tuus sermo, tua oratio rèdolet nitorem, splendorem elegantem Romanæ linguæ. Excidit, elabitur nullum tibi verbum ex ore, nisi elegans, sententijs grauidum, magno cum pondere, dignitate, & diligenti examine. Quam limare, pulcre, venustè, ornate, quanto cum cultu, verborumque nitidissima supellectile eloqueris. *Habla barbaramente*. Vide, *Barbaro*. *Hablar al ayre*. Cœlo, terræ, & vento loqui, surdo canere. *Con vnos habla esto*. Intus tibi canit hoc carmen, ad te hic sermo. *No es lo mismo hablar mucho, que bien*. Non est eiusdem, & multa, & opportuna dicere. *Hablais de talanquera*. Esublimi me detides. Alieno ferox præsidio, lingua bellas. Extrà periculum garris, & extra teli iactum minaris. *Mirad pues quien habla*. Turtur cantat. Quis in amænum stridet. *Que he de hablar yo con vn majadero*. Quid barbiton crocoro obloquitur? *Hablemos de las tejas abaxo*. Quæ supra nos, nihil ad nos. Aliud homini, aliud diuinitati satis. *No habla esso conmigo*. Hoc ad me silet. *Hablad con corteſia*. Hoc genus orationis tolle. Bona verba quæso, parcius, & ornatius ista. *Dexadme acabar de hablar*. Sine me èloqui postremam syllabam. *Hablais como quien soys*. Est hæc tuæ perfidiæ vitæque vniuersæ vox. *Quiero hablar a fulano*. Conuentum esse Antonium volo. *Hablad me en lenguaje mas cla-*

ro, aũnque no tan polido. Rudius, sed planius, & apertius. *No se hable mas en esto.* Pisce magis mutus in hac re sis, ne verbum vltra in hac re, negry quidem, silentio supprimatur in posterũm, mutus Hiparchion deinceps, de hac re, vel hiscere non liceat. *Hablara yo para mañana.* Rumpe vocem, cià, age, ne silentium perdat Amyclas. *Hablo.* Collocutio, lingua, rumor. *Hablilla.* Rumusculus, fabula, fabella. *Esta hablilla anda por el Lugar.* Hæc fabella omnium impleuit aures, hic dissipati rumusculi per omnium ora vagantur. *Hablador.* Loquax, dicax, garrulus, vir summæ dicacitatis. Dodonæumes., Architæ crepitaculum, blattero, onis. Cypariſsi fructus, homo dictu magnificus, re inutilis. Lingua quo vadis? *Hablador cillo.* Linguax, locutuleius.

Haca. Vide. *Aca. Acanea.* Equus Britannicus.

Hacina de leña. Strues lignorum, structa lignorum moles.

Hacera de casas. Domorum series, linea continuatæ domus.

Hacha de luz. Fax, acis, cereus, funale, is. *De partir.* Securis, is. Bipennis, is. *De armas.* Falx bellica. *Hachero.* Lychnuchus. *Hachones de pez.* Malleoli, fasces picę, & sulphure obliti, ad concipiendum ignem comparari.

Hado. Fatum, i. *Hadas.* Parcæ, arum, fanaticæ fœminæ. *Pocas son las hadas malas.* Iam fata sua staminarũ punt. Phœbi boues absumptiliunt. *Casa de hado.* Fatalis, e.

Hayjar, y hayjado. Vide, *Adoptar.*

Halagar. Blandior, iris, demulceo, es, blandissime aliquem appellare. *Halagos.* Blanditiæ, arum, illecebræ. *Atraer con ellos.* Illicio, allicio, is. Clanditijs aliquem pellicere, & illicijs captare. *Halagueño.* Blandus, illex, icis, illecebrosus. *Con halagos, alagueñamente.* Illecebrosè, blandè.

Halcon. Falco, onis.

Halda. Vide, *Falda.*

Hallar buscando. Inuenio, reperio, is. *Sin buscarle.* Offendo, is. *Con el hurto en las manos.* Deprehendere aliquem in facinore. *No me hallo en esta tierra.* Cœlum, & solùm istud mihi displicent, incommoda mihi sunt. Non mea cùm huius natura loci conuenit. *Si os hallais con dineros.* Si tibi nummi suppetunt. *Hallòse en el negocio.* Adfuit, & interfuit rei. *Quien guarda halla.* Quæ quisque parat, & retinet, eadem sibi suo tempore habet. *Echale donde nunca le halles.* Vbi cerui abijciunt cornua. *Hallazgo, cosa hallada.* Inuentum, res inuenta, inuentio. *Premio de lo hallado.* Præmium, siue munusculum pro re inuenta, menytrum.

Hamaca. Segestria, ium, lectulus, siuè rete pènsile.

Hamapol. Papàuer erraticum.

Hambre. Fames, is, inedia. *Canina.* Appetitus, seu appetentia canina, rabida edendi. *Morimos de hambre.* Adhæsit nobis ad infimum ventrem fames. Perìmus, stimulamur, premimur, conficimur, cruciamur, deficimus, enecti sumus fame, inedia, penuria, &

de-

desiderio cibi. *Matar la hambre.* Postquam exempta fames, & amor est compressus edendi. Explere, depellere famem inanitatibus supplementum quærere. *Braua hambre ha auido este año.* Tanta caritas, & raritas annonæ hoc anno dominata est, vt homines hominibus imminerent, vt multa hominum millia fame interierint, enecto sint. *Hambre, y esperar, hazen rabiar.* Fames, & morabilem in natum conciunt. *Vengo muerto de hambre.* Integram famem ad ouum affero. *Naci el año de la hambre.* Per annonam caram duxit natum pater. *Con la hambre razon no vale.* Venter auribus caret. *Tomar algo por hambre.* Ad deditionem cogere, compellere hominem, vrbem necessitate victus, inopia cibi. *A la hambre no ay pan malo.* Optimum condimentum est fames. Omnia esculenta obsessis: cinctis ab hoste vescasunt quælibet. *Hambriento.* Famelicus. *Hambron* Esurio, onis, qui lingit talem. *Hambrear.* Esurire, famescere.

Haragan. Deses, idis, iners, piger.

Harambel. Velum pènsile.

Harapo. Segmentum vetes, ora vestis.

Harda, ò hardilla: Sciurus, i.

Harina. Farina, æ. *Su flor.* Pollen, inis. *Lo mas grueso.* Vtriculus exta trictci. *Derramador de la harina, y allegador de la ceniza.* In minimis cautus, percisimus in rebus minutissimis, & in magnis negligens. Ad mensuram aquam bibunt, citrâ mensuram ossam comedentes.

Harreto. Vanus, i, cribrum, i.

Harnes. Thorax ferreus.

Haron. Vide *Haragan, ocioso.*

Harmonia. Vide, *Armonia.*

Harpa Cythara, Lyra, æ. *El que la tañe.* Cytharædus. *Harpar à vno.* Distendere instar fidium cytharæ ad cruciatum hominem.

Harpia. Harpyæ, arum. Obscænæ. voluceres.

Harpon. Hărpago, onis.

Hartar Satuto, satio, as, expleo, repleo, es. *Harto de comida.* Satur, infartur, saburratus cibo. *No me harto de ver esto.* Mens expleri nequit, & specioßissimæ huius tabulæ pulchritudine pascere oculos, animumque exsaturare non possum. *Hartos estamos de oyr esso.* His rebus omnium nostrum aures calent, tuisque oneras sermonibus. *Hartos somos.* Plures, quàm multi sumus. *Harto, aduerbio* Satis, admodùm, abundè, affatim. *Harto hemos hablado.* Satias sermonis nos cœpit. *Harto honrado es Antonio.* Sanè probus, & optimus vir est Antonius. *Hartura.* Satietas, saturitas, expletio.

Has. Que has? Quid tibi est?

Hasta. Vide, *Lança. Darse de las hastas* Confligere vtrimque acriter dimicare collato pede. *Hasta aqui.* Hùc vsque, hactenus. *Hasta quando?* Quousque, vsquequo? *Hasta que venga.* Vsque, dummodo veniat. *Hasta cinquenta años.* Prope, ad annos natus, est quinquaginta.

Hastio. Fastidium, tædium, satietas, atis. *Hastio tengo de todo lo desta vida.* Omnia mihi mundana tædio,

&

& fastidio sunt. Præ stupore sensuum, humanarum rerum gestum omnem, & suauitatem earum amisi. Tenet me iamdiù omnium, quæ sub aspectum cadunt, fastidiosa satietas. Terrena cuncta, vel cogitata ad nauseam vsque stomachor, & fastidio.

Hato de ganado. Pecus, oris, res pecuaria. *Hatos, ò vestidos. Llevò su hato, y a Dios.* Vale dixit, & omnia sua secum portauit, vestium, sarcinas humeris impositas gestauit. *Tomar su hatillo, y caminar.* Conuasare, colligere vasa, & sarcinulas aditer.

Hay. Heu, oh. Vide, *Afectos.*

Haz manojo. Fascis, is. manipulus lignorum, aut sarmentorum, congeries. *Haz, ò cara.* Vide, *Faz. En haz, y paz de todos.* Omnium pace consensu, votis, studio, & voluntate, approbantibus, & plaudentibus cunctis. *Sobre el haz de la tierra viuirà.* Longum in terris aget ævum. *Hombre de dos hazes.* Bifrons, lanifacies, in vtrumque paratus. Ex vno ore calidum, & frigidum efflat.

Haza, heredad sembrada. Seges, etis. *La mies segada.* Demessi fasces, siue manipuli in agro.

Hazañero. Vultuosus, qui gestibus, & verbis inanem timorem ostentat. Mimicus, gesticulator.

Hazcona de Vizcayno. Pilum, i.

Hazina. Strues lignorum, siue aceruus ex structus manipulorū ex sarmentis. *Haziuar muchas cosas.* Infarcire verba, inculcare, coaceruare, quasi rimas expleat.

Hazer. Facio, is, efficio. *Pensando algo.* Ago, is. *Algun negocio.* Gero tracto, procuro negotium, rem causam. *Hazer de barro.* Fingo, is, formo. *De manos.* Excudo, labòro, operor, fabrefacio. *Hazerle à vno Rey, ò Capitan.* Regem creare, constituere ducem bello, exercitui, præficere, præponere. Vide, *Eligir. Hazer lo que deue.* Vide, *Deuer, y oficio. Caso de alguno. Estimar. Hazer plazer.* Placere alicui, gratum facere eius amore, & gratia aliquid efficere. Ad alterius voluntatem se facilem exhibere, accommodare, præstare. Multa huiusmodi vide in suis locis. *Hazer buena vna cosa que se vende.* Rei venditæ vitum præstare. *Yo harè bueno, que.* Ego præstabo, vt. *Hazer por alguno.* Fauere laudi, & honori alicuius, plurimum eius causa laborare. *Hazed por mi algo mas de lo que es razon.* A mori nostro plusculum, quam ratio concedit, largiaris. *Hemos hecho el vno por el otro.* Summa inter nos studia certatim constiterunt. Amicitia nostra summis officijs ab vtroque culta est. *Hazerse amigo de vno.* Sensim ad amicitiam alicuius adrepere, illabi, in eam se insinuare. *Hazedme merced desto.* Per beneficium, & gratiam id mihi concede. Hoc mihi gratificare. Vide, *Merced. Hazer saber.* Certiorem, certum aliquem de re faceret, reddere, erudire, edocere: enunciare, deferre aliquid alicui. *Hazer mal.* Malefacio. Vide, *Daño. Bien.* Benefacio. Vide, *Beneficio. Quien haze mal, espere otro tal.* Eodem bibe

poculo; ab alio expectes, alteri quidquid feceris. *Hazer del enojado.* Simulari, mentiri iracundiam, personam irati hominis induere. *Hazer la cama à algo.* Præmunire, viam, sternere, præstuere alicui rei. *Hazer cama.* In lecto causâ morbi decumbere, iacere. *Hazer agua el nauio.* Nauim aquam excipere, bibere. *No la hagas, y no la temas.* Qui peccat luit in ære, culpa enim damnosa est. Virum improbum, vel mus mordet, & capra nocentem. *Hazerlo, y dezirlo.* Hic Rhodus, hic saltus est, re præsta ibi, quod alibi te fecisse iactas. *Mas valiera no hazer esto, que hazello* Satius esset recurrere, quam currere male. *Para que hazes lo que no sabes?* Syrus cum non sis, ne syrisses. *Si lo hago, mal, sino lo hago, peor.* Peribo, si non fecero: si faxo, vapulabo. *Hazes à dos manos.* Simul sorbes; & flas, quod difficillimum est. *No haze esto al caso.* Nihil ad rem, nihil ad Bacchum. Sed domum redeamus, quorsùm hæc spectant? *Hazer de hecho.* Ad opus, & rem manus adhibere, agendum agere. *Dize que ha de hazer, y acontecèr.* Omnibus omnia minatur. Vide, *Fanfarron. Yo sè bien lo que me hago.* Mihi ego video, mihi ego sapio, mihi ego credo plurimum. *Que harè? No sè que hazerme.* Quid agam: in certum mihi est, nec quid corde nunc consilij capere possim, scio. Nec mihi adest aliquid pensi. Iam quos capiam calceos? *Hazed esso como gustaredes.* Tibi, vt opus est, vel gratum, vel vtile, vel volupe facto, facio. *No tiene mas que hazer.* Muscas depellit. *Dad esto por hecho.* Factum habe, rem confectam puta. Quin effectum dabo. *Que te he hecho yo?* Quid in me offendisti? *A lo hecho no ay remedio.* Quod factum est, infectum fieri non potest, feras non culpes, quod vitare non potes. *Lo hecho, y por hazer dezia.* Facta, infectaque, digna, & indigna prædicabat.

Hazaña, ò hecho. Facinus, oris, factum, res gestæ. *Hanse estendido tus hazañas.* Res tuæ gestæ præclaræ orbis terræ regionibus diffiuntur. Vide, *Fama. Hazer alguna hazaña.* Egregium, admirable, præclarum, præstantissimum facinus edere, patrare, gerere. Gestas res maximas, illustres, immortales posteritati consecrare. Gorgona Perseus aggreditur. *Hechura, ò Imagen.* Figura, icon, onis. Vide, *Imagen. Vaso de linda hechura.* Vas speciosum, formaque venustum artificis manu commendatum satis, & spectabile. *Hechuras de vestidos, ò otras obras.* Opera, æ. Labor, & pretium manus opificis. *Hazedor.* Factor, effector.

Hazia alguna parte. Regionem versus. *Hazia qualquiera parte.* Quoquo versus, vel versum. *Hazia dentro.* Introrsum. *Hazia abaxo.* Deorsum. *Hazia arriba.* Sursum. *Hazia mano derecha.* Dextrorsum. *Yzquierda.* Lævorsum, sinistrorsum, ad lænam. *Hazia atras.* Retrorsum. *Adelante.* Prorsum. *Hazia do vas?* Quorsum tendis?

Hazienda. Res familiaris, opes, diuitiæ, bona, fortunæ, facultates. *Gastais*

tais mal la hazienda. Vide, *Gastar. Tener mucha hazienda.* Vide, *Rico. Bien sabeis quan perdida està mi hazienda.* Quem ad modum mea res familiaris fracta, dissipata, direpta sit, non ignoras. *Recia cosa es tener poca hazienda, con mayores obligaciones.* Grauissimum est, cum sis superior ordine, inferiorem esse fortuna. *Hazer hazienda.* Quod faciendum est facito, vrget opus, ad illud manus.

H ante E.

H*EBRA de hilo.* Filum, *De seda.* Sericum. *Hebras de otra cosa.* Fibræ, arum. *Enebrar.* Filum per foramen acus immittere, indere.

Hebrero mes. Februarius, ij.

Hechar. Vide, *Echar.*

Hechizar. Veneno, veneficijs aliquem inficere, maleficijs lædere. *Hechizero.* Veneficus, i. *Hechizera.* Venefica. Thessala mulier, saga. *Braua hechizera.* Trigenifica. *Hechizos.* Veneficium, maleficium. *Para cosa de amores.* Philtrum, poculum amatorium.

Hecho y hechos. Vide, *Hazer. Hecho estoy à esso, en Acostumbrar.*

Heder. Fæteo, es, male, grauiter oleo grauem odorem emittere. *Hedor.* Fætor, pædor, oris grauis odor. *De narizes.* Ozena, æ. *De los higados.* Spiritus, halitus pestilens præcordiorum.

Hele. Ecce, en, eccum.

Heleboro yerba. Helleborum, i.

Helecho yerba. Filix, icis.

Hembra. Fœmina, æ. *De los corchetes.* Orbiculus, ocellus, quem fibula mordet.

Henchir. Impleo, repleo, es, plenum facio. *Henchimiento.* Repletio.

Hender. Findo, is. *Henderos he la cabeza.* Tuum in duas partes diuidam caput, diffindam, diffidum faciam. *Hiende el cauello.* Vide, *Cauello. Hender por medio de la gente.* Irrumpere per mediam turbam, irruere equo admisso per mediam aciem. *Hendirse, ò abrirse algo.* Dehisco, hiasco, is, hio, hiato, as. *Hendidura.* Fissura, diffissio, rimula, æ. *De la tierra.* Hiatus. *De la pluma, ò de yerba.* Crena, incisura, æ.

Herbolario. Vide, *Erbolario.*

Heredad. Ager, i. fundus, i. prædium. *Grande.* Latifundium, hæredium. *Tengo vna buena heredad junto al rio.* Præclarus ager, & fundus mihi colitur, qui Durium fluuium tangit. Amæniſsimi mihi horti siti, satisque sunt propter Durij flumina. Affines, conterminos fundos amæno. Durio habeo, possideo. Prope nobilem regnatorem aquarum Durium prædia optimæ prætenduntur, quæ ille dum copiosè rigat, fœcunde alit. Agrum in hac regione meliorem, vberiorem, pinguiorem, fœcundioris glebæ, neque pretij maioris aliquis tenet, potitur.

Heredad. In alicuius demortui fortunas venire, iure hæreditatio succedere: hæreditatē patris à cire Hereditas ad me testamento peruenit, hæreditatem tenere, obire, capere, in patrē hæreditatis vocari. *Here-*

dero. Hæres, èdis. *En primer lugar*. In prima cera. *En segunda*. In secunda, & sic de cæteris. *En vltimo*. In ima, in extrema cera. *En tercio, y quinto, ò en todo*. Ex asse. *En la mitad*. Ex semisse. *De la tercera parte*. Ex triente. *De la quarta*. Ex quadrante. *De la duodecima*. Ex vncia. *Heredero en confiança*, Commissarius, fiduciarius. *Dexòme, ò hizome su heredero*. Me suorum bonorum, fecit, instituit, scripsit hæredem. Sua bona, rem familiarem, & fortunas mihi testamento legauit, reliquit. Me in hæreditatem vocauit. *Despues de su hijo, me nombrò por heredero*. Ego secundum filium hæres ab illo institutus fui. *Herencia*. Hæreditas. *Hemos partido la herencia*. Hæc hæreditas ad vtrumque venit. AEqua lance in vtrumque vergit, ambo ex semisse hærèdes sumus. *Mas pena tuue con la muerte de Antonio, que gozo con su herencia*. In hæreditatem necessarij mei Antonij inuitus veni, nam si ex ea aliquid commodi traxi, ob amissum amicum maximo cum dolore, & mæstitiæ fœnore coniunctum fuit. Non tam me suorum bonorum, quam acerbi doloris hæredem reliquit. Obtigit mihi hæc hæreditas non tam locuples, aut diuitiarum plena, quam lachrymarum, & doloris abundans. Elatus funere amicus maiori mersit animum mærore, acerbitate, & luctu, quam illius hæreditas asperfit voluptate.

Herege. Hæreticus, dirà peste hæreseos infectus, cui hæresis dica est impacta. Dei, & religionis perduellis, in cuius mente virus hæreseos gliscit, & à veræsi dei castris, & militia deficit. Mentes Thyrso sectarum percussæ, debacchantes. *Heregia*. Hæresis, hæretica impietas, prauitas, persidia. *Dexar la heregia*. Hæresim abiurare, eiurare, abdicare. Postliminio ad veram fidem, & piam Ecclesiæ matrem redire, Catholicæque religioni restitui. *Heresiarca*. Auctor, princeps, frons, caput hæresis. Archihæreticus, hæreticorum dux, & antesignanus.

Herir. Ferio, is. ico, percutio, is. *Las aues con el pico la tierra*. Pauio, is. *Herir llagando*. Vulnero, laucio, as, cædo, is. *Tal herida, ò llaga*. Vulnus, eris, plaga, æ. *Diòle muchas heridas*. Multa illi vulnera inflixit, imposuit, plagas fecit. Multis illum vulneribus affecit, confecit, confoditi ab illo cruenta vulnera accepit.

Hermaao. Frater, germanus. *Solo de parte de padre, ò de madre*. Ex patre, vel matre frater, aut soror. *De leche*. Conactaneus. *De vn parto*. Gemelli. *De diuersos padres*. Vterini. *Hermana*. Germana soror. *Hermanar vna cosa con otra*. Adiungere, adnectere, conuectere aliqua interse *Muy bien je hermanan los dos*. Hi recte conueniunt, sibi cohærent, & coniurant amice: Interdum fessæ succedit læua sorori. Fraterna quasi coniunctione deuincti sibi respondent. *Hermandad*. Germanitas, fraterni-

nitas. *De Cofradia.* Sodalitas, sodalitium, confraternitas. *Hermanablemente.* Fraternè.

Hermita. AEdicula, sacellum in heremo. *Hermitaño.* Heremita, æ. Herèmi cultor, incola, àccola deserti, solitudinis habitator. *Hiermo.* Vasta solitudo, herèmus, i.

Hermoso. Pulcher, formosus, decòrus, qui insignis forma, & egregia venustate oris commendatur. In quo forma, decor, & species liberalis nitet, pulchritudine præditus admiranda. *Hermoso es como vn Angel.* Angelum splendore, & pulchritudine micantem cerneres adolescentulum, forma, & vultu adeò modesto, venusto, & liberali, vt nihil supra. *Hermoso, y sin afeyte.* Pulchra natura facies, cui nihil adest adiumenti ad pulchritudinem. In cuius forma vis boni ipsa inest. Specie lepida virgo. Veneris effigia hæc est: vt in ocellis hilaritudo cum grauitate inest. Corpus vulturium, subàquilum volui dicere. *Hermosura.* Pulchritudo, venustus decor, niueus candor, vultus, emandatissima genarum scriptura, decus oris, mullà facies labe insignita, miraculum pulchritudinis, inusitata elegantia, species, & digna imperio forma. *Hermosear.* Decòro, orno, as, reddere aliquid pulchrum, venustum. *Hermosamente.* Decòrè, pulchrè, bellè. *Lo mas hermoso, mas peligroso.* Funus pulchritudinem persequitur.

Heroyco hombre. Heros, ois. *Muger.* Heroina, æ. Herois, idis. *Heroyca cosa.* Heroicus, illustris, nobilis, egregius. *Heroycamente.* Heroicè. *Versos heroycos.* Exametrum carmen, heroycum.

Herrada. Situla, Hydria, æ.

Herradura. Solea, ferrea, vestigium equi. *Herrar la bestia.* Soleas ferreas inducere, affigere equo, calceo ferreo vngulam munire, calceare quadrupedem. *Herrador.* Calcearius ferreus. *Herrar ganado.* Pècorinorum imponere, inurere. *A esclauo.* Implere frontem, & genas ambas ingentibus litteris, notamque fugitiuorum: epigramma per totam faciem liberali manu ducere. Inscribere fugaci mancipio faciem, compungere, & notis illis. S. & C. seruitutem exprimere. Calidà forcipe signare probrosa stigmata; inexpiabili nota litterarum per summam oris contumeliam seruum inurere. *Herramienta.* Instrumenta ferrea, arma fabrilia ex ferro.

Herrar el camino, &c. Vide, *Errar.*

Herrero. Faber ferrarius. *En casa del Herrero cuchillo de mangorrero.* Inter lapides pugnabant, nec lapidem tollere poterant. Deperire siti, superante ad labra liquore. *Herreria.* Officina ferraria. *Herrumbre.* Ferrugo, inis.

Herren pasto de bueyes. Ocymum.

Herreñal. Aruum septum serendo hordeò aptum, excultum.

Heruir. Feruco, es, efferuesco. *Hierue de gente este Lugar.* Frequenti multitudine, & turba hominum oppidum celebratur, scatutit. *De gusanos.* Vide, *Gusanos.* *Heruor.* Feruor, æstus, us. *Heruiente.* Feruidus, a, m.

Heuilla, ò heuilleta. Fibula, æ. *No te falta heuilla.* Ex omni parte constat integra res est, nec fibula, aut fibria desideratur.

Hezes. Fœces, ium. *De azeyte.* Amurca. *De vino.* Floces vini. *De hombre.* Oletum, i.

Hebisco yerba. Anthea, æ. hibiscus.

Hidalgo. Ingenuus, nobilis, immunis. *Hidalguia.* Immunitas, ingenuitas. *Ahidalgado.* Ingenua indoles, liberalis animus, nobile pectus, & respectus.

Hidra serpiente. Hidra, æ.

Hidropesia. Aqua intercus, hydropèsis. *Hydropicus.* Hydrops, opis.

Hiel. Fel, ellis. *De la tierra yerba.* Fel terræ. *No tiene hiel este hombre.* Sine felle, & billi homo, candido, & simplici pectore est.

Hierarchia. Hierarchia, sacrarum rerum ordo, & gradus.

Hieroglifico. Hieroglyphicus.

Hierno. Gener, eri.

Hierro. Ferrum. *Cosa de hierro.* Ferreus, a, um.

Hiezgo yerba. Chamæacte, es.

Higa contra el ojo. Lynx, ingis, amulètum contra fascinum. *Para escarnio.* Sanna, quæ còlligat pollicem inter indicem, & medium, siue infamem digitum, formans irrisionis signũ. *Darlas.* Ostendere sannas irrisionis causam, hac positione digitorum, & forma.

Higado. Iecur, oris, hepar, aris. *Echar los higados por algo.* Manibus, pedibus, & neruis omnibus eniti, vt aliquid consequaris. *Higadillo.* Iecusculum.

Higos Ficus, us, vel, i. *Por madurar.* Grossus, i. *Passado.* Càrica, æ. ficus passa. *Desabridos, ò silucstres.* Matisca, æ. *Higuera.* Ficus. *Loca.* Sycomorus. *Granillos de los higos.* Cerchrâmides, um.

Hijo. Filius, natus, genitus. *Vnico.* Vnigena, vnigenitus. *Que nace muerto el padre.* Posthumus. *Que nace de pies.* Agrippa. *Con abuelo muerto el padre.* Opiter, eris. *Legitimo.* Iustà vxore natus, naturalis, legitimus. *Natural.* Libero, ac soluto concubitu satis, susceptus. *Bastardo.* Nothus, spurius. *Adoptiuo.* Adoptiuus, adscitus, iudicio, & voluntate filius. *Mestizo.* Hybrida, æ. *Expuestos.* Vide, *Expuesto.* *Hijos. Gemelos.* Gemelli vterini. *El que de los dos queda viuo.* Vopiscus. *El que està fuera de la potestad del padre.* Emancipatus. *Hijos de hermano, y hermana.* Amitini. *Hijo del Diablo.* Incubus, â furijs oriundus. *Es vn hijo de todos los Diablos.* Homo nefarius ex omnium scelerum colluuione natus. *Al hijo del rico no le toques al vestido.* Deorum liberi sunt invulnerabiles. *Es tan mal hijo, que aun no le pueden vèr sus padres.* Flagitiosus, & profligatus adolescens, quem pater odit, quem mater auersatur, & odère sorores; cuius flagitia, & libidinum prodigia, sic parentes exacerbant, exagitant, vt non solum â se addicent, sed è suæ domus liminibus iectum, expulsum exterminent, & in vltimas terras gaudeant amandare. Qui vel matri ipsi probari non potest, verum aqua, & igni illi interdictum est in paterna domo. *Hijos, è hijas.* Liberi, orum, proles, soboles. *Hi-*

ja.

ja. Filia, nata, æ. *Tiene muchos hijos.* Multos Antonius suscepit, genuit, procreauit, generauit filios. Ingenti, & numerosà prole eius nobilissima familia aucta fuit. Plures illi nati, sati, orti sunt filij. Spe maxima est elatus nepotum. *Es hijo de su padre.* Patris est filius, quem moribus exprimi, os, vultum, corporis totius habitum refert, & non tam sanguine, quam virtute repræsentat. Vide, *Semejante.* *Hijo eres, y padre serás, qual hizieres, tal auràs.* Quæcumque stipendia parentibus inuleris, eadem ipse à filijs expecta. *Hazed como hijo de tal padre.* Numquam dimittas cogitationem, cuius filius sis. Vide, *Degenerar.* *Hijo espiritual.* A spiritu, vel à spirituali disciplina filius, non carne, sed spiritu genitus, discipulus, & hæres spiritus alicuius.

Hilo. Filum, i. stamen, inis. *De carpinteros para enderezar el corte.* Amussis, is. *Hilo de perlas.* Linea margaritarum. *De sangre, que corre hilo à hilo.* Stillans sanguis, filum diductum sanguinis. *Vaya esto a hilo.* Ad amussim dirigatur. *Cuelga de vn hilo.* De filo pendet. *Por el hilo se saca el ouillo.* Ab vngue leonem, Cauda de vulpe testatur. *Irse al hilo de la gente* AEstus nos consuetudinis, & multitudinis absorbet. Ducimur properante turbà. *Hilo de pita.* Tenuissimum, & subtilissimum filum. *Hilo encerado.* Acia, æ. Filum acui insertum.

Hilar. Neo, es. Pensa, filum ducere, trahere, deducere, voluto fuso tribus digitis. *Algo gordo lo hila.* Poeta hic quiddam pingue, obsoletum sonat, & peregrinum. *Delgado.* Tenue ducit orationis filum, subtiliori vtitur stylo. *Hilado.* Pensum iam netum. *Hilandera.* Filatrix, lanipendia, æ. *Hilas para las heridas.* Linamentum saniarium. *Hilachas.* Fila, aut linamentum carptum, volsum.

Hilera de ladrillos. Doctus, us. Laterum ordo, coria lapidum. *De casas.* Domorum series, linea.

Himno. Hymnus, i.

Hincar, ò enclauar. Figo, configo, is. *Hincar las rodillas.* Genua flectere, geniculari, genu niti.

Hinchar soplando. Inflo, as. *Hincharse.* Turgeo, tumeo, es. *Hinchar algo.* Tumefacio, is. *Hinchazon.* Tumor, òris, inflammatio. *De golpe.* Tuber, eris. *Hincharse de esta suerte.* Extubero, as, intumesco, is. *Hinchado.* Tumidus, turgidus, inflatus, ventosus. Vide, *Souerbia.*

Hinojo. Fœniculum, i.

Hiperbole. Ementiens superiectio. Hyperbole, es.

Hipo. Singultus, us. *Tener hipo de algo.* Solitè, anxièque rei inhiare, ardenter studere: sitienter appetere, affectare aliquid.

Hipocras. Vide, *Vino.*

Hipocresia. Virtutis simulatio, ficta pietas, virtutis vmbra, hypocrisis. *Hipòcrita.* Simulator virtutis, qui fictis pietatis indicijs, sanctitatis opinionem, famamque colligit, aucupatur, eruditus artificio simulationis. *El Diablo en el cuerpo, y en la mano el Rosario.*

Intus. Hècuba, foris. Hèlena, Barbatenus ſapiens.

Hipoſtaſis. Hypòſtaſis,is.

Hypoteca. Hypothèce , es , ſuppoſitio, pignus. *Bienes hypotecados.* Bona fundi pignorati, quæ caueant omnia creditoris damna.

Hiſtoria. Hiſtoria. *De cada año.* Annales , ium. *Pondrè vueſtras hazañas en hiſtoria.* Tuas res geſtas litterarum monimentis commendabo meis , ab obliuione in lucem , & memoriam vindicabo ſempiternam. Tuarum rerum geſtarum hiſtoriam contexam. Vide , *Eſcriuir. Hiſtoriador.* Hiſtoriographus. Scriptor,

Hito Scopus,i. *Dar en el hito.* Scopum attingere. *Mirar de hito en hito.* Intentam oculorum aciem in aliquo figere , attentè hominem intueri. *Mudar hitos.* Locus ſedemque mutare.

H aate O.

Hobachon. Corpulentus , & carnoſus homo , verum deſes , & ignauus.

Hobero cauallo. Maculis aſperſus equus, maculatà pelle varius.

Hozico de puerco. Roſtrum. *Poneſme hozico.* Toruum mihi os, & vultum oſtendis. Quid mihi frontem, & faciem càperas? Quæ aſperitas , iſta tui oris eſt? *Hozicar la beſtia.* Caſu, aut lapſu equum in terram ora impingere. *Hoçar la yerba.* Roſtro inuertere terra ſues , eruereque radicitus herbam.

Hogar. Focus,i, foculus,i.

Hoguera. Pyra, æ, rogus, i. *Para quemar muertos.* Buſtum, rogus.

Hogaça. Panicia menſa, ſolùm cereale. *A mi padre llamaron hogaça , y yo me muero de hambre.* Quid refert patrem habuiſſe Creſſum , ſi æſtuaria fortunà Irus ſum.

Hoja. Folium, frons, ondis. *Conjus rayas , ò venitas.* Crennatum , pinnatum. *Echar ojas.* Frondeſco , frondes emittere arborem , ſe frondibus veſtire. *Hoja de libro , ò papel.* Folium, philyra. *Boluer la hoja.* Vide , *Boluer. Dexemos aqui doblada la hoja.* Hic ſermonem intermittamus poſtea reuocandum. *Hoja de eſpada.* Acies, & facies enſis. *De metal.* Bratea, æ.

Hojaldre. Placenta, æ.

Hojuelas. Laganum. Bracteæ, vel laminæ epulares, edules.

Hoya. Foſſa. *Hoyo.* Scrobs, obis.

Holgar , y deſcanſar. Quieſco , ferior, aris. Vacare , ceſſare , ſuperſedère labore , & opere. *Holgarſe de algo.* Gaudeo , lætor , oblector , capere, ſuſcipere delectationem. *Holgarſe jugando.* Vide , *Iugar. Entretenerſe. Oy es dia de huelga.* Feriatus dies feſtus hodiernus eſt. *Holguemonos oy largo , y tendido.* Indulgendum nobis hodie largè genio eſt , & ludo. Floræque Deæ florida hac die litandum. Hunc quem mihi dedit Deus diem, meam culpam habeo , niſi per excruciauero , laceraueró , ad omnem animi remiſsionem , ludumque deſcendam. Genialiter viuam, & nepotabor hodie. *O quanto te has de holgar de eſto!* Teſcio mea ſolide gaunurum eſſe gaudia in hac re. *Holgar, ò eſtar ocioſo.* Vide , *Oficio.*

Hol-

Holgura. Voluptas, incunditas, oblectatio. *Yr à alguna holgura.* Ad locum voluptatis plenum curandi, & recreandi corporis causa concedere. Amœnam, delitiosam villam, hortosquo voluptarios, vbi liberè oblectari, lasciuere, & lusitare liceat, adire. *Holgado en el vestido* Laxa, fluensque vestis. *En hazienda.* Affluens diuitijs. Vide, *Rico. Holgazan.* Deses, idis, à labore abhorrens, qui in chœnice figit sedem, & inertia laborat.

Hollar. Calco, as. Vide, *Pisar.*

Hollego. Folliculus, valuulus, pericarpium. *Echar ollejos.* Siliquor, aris. *Quitarselos.* Piso, is.

Hollin Fuligo, inis.

Holocausto Holocaustum, i.

Hombre. Homo, inis, vir, iri. *Pequeño.* Homuncio, homunculus, homulus, i. *Hombrecillo de no nada.* Quid hoc hominis? Homulus ex argilla, & luto factus. *Hombre es muy de bien.* Vir est integer, optimus, probus, qui probitate, & bonitate commendatur, spectatæ virtutis. *Mal hombre.* Vide, *Mal. Hombre apercebido vale por dos.* Crania bina gerit, & oculus innumeros. *Hombre de altos pensamientos.* Generosus, magnimusque vir, cuius mens nihil infimum, abiectum, aut humile cogitat, petit tamen omnia alta, excelsa, sublimia. Vir altamente præditus. *Es hombre ya.* Excesit ex ephæbis, adultæ iam ætatis, sine crescendi spe, iam se corroborauit, & inter viros est vir, multum roboris illius accessit ætati. *No eres hombre, sino, &c.* Nullus es nisi, &c. *O mal hombre, que auias de ser echado cabo del mundo!* Olcelus, ò portentum in vltimas terras exportandum! *Huela la caja à hombre.* Virum te præbe, & omnibus virum te proba. *No tengo hombre.* Nudus tanquam ex matre, omni ope destitutus iaceo, nec qui manum porrigat, habeo. *Si sois hombre.* Si aliquis es vir, si virum te vis probare. *Morid como hombre.* Fortiter cade. *Esso es hazer al hombre muger.* Seruire ne tibi postulas viros? Inter ancillas sedere iubeas, lanam carpere. *No ay hombre con hombre.* Dissident omnes, scinditur confusa multitudo in varias partes. *Hombre de su palabra.* Bonæ fidei homo, qui promissis semper stat, nec fidem violat, nec frangit. *Hombre de importancia.* Quid sedet in puppi, ad gubernacula, & clauum nauis. Cuius auctoritas grauissima est, dignitas amplissimas, & magno Reipublicæ emolumento, & bono. *Hombre de valor.* Vide, *Fuerte.*

Hombro. Humeri, orum, *Llevar en hombros.* Suffultum humeris aliquem portare, vectare. *Ponerse hombro con hombro con otro.* Parem se alicui conferre. Vide, *Compararse. Arrimar, ò poner el hombro a algo.* Succedere alicui laboranti, suppetias ferre. Vide, *Ayudar. Mirar a vno sobre hombro.* Aliquem quasi victum intueri. *De hombros sacados, ò alones.* Alatus homo, extantibus humerorum alis, aut prominentibus.

Honda. Funda, æ *Donde se pone la piedra.* Scutale, is. *Tirar con ella.* Excutere fun-

fúnda lapidem, emittere, iacerè, ciaculari. *Hondero que tira con honda.* Funditor, oris.

Honda cosa. Profundus, altus. *Hondura.* Profundum, profunditas, altitudo. *No os metais en essas honduras.* Ne pennas nido maiores extendas, ne temere Abydum nauiges, aut calces. *Hondon.* Fundus. *Hasta el hondon.* Funditus, i.

Hongo. Fungus, bolerus, i.

Honesta cosa. Honestus, pudicus, a. m. *Honestidad.* Pudicitia, pudor. *Honestamente.* Honestè, decorè.

Honra. Honor, vel honos, oris, decus, oris. *No sabeis en que està la verdadera honra.* Sensum veræ gloriæ non capis, neque veræ laudis gustum habes. *Como nada pierda de mi honra, harè esso.* Faciam hoc ex mea dignitate, modo rationem habeam dignitatis meæ, tuæ laudi inseruiam, & honori. Integra, & incolumi dignitate mea libenter id præstabo. *Con esse hecho aueis augmentado vuestra honra.* Tam præclaro facto multum tibi decoris, & dignitatis adiunxisti, addidisti. Tua clarius dignitas illustrata est, & illustrius clarescit. Amplificata magnopere est tua gloria, illique maximus cumulus accessit. *Por esse medio alcançareis grande honra.* Hæc te via ad summum gloriæ culmen perducet. Substernet tibi, & muniet, non modo aperiet, firmissimam, rectam, & ornatissimam, ad veræ laudis gloriam, viam. Hunc tene, quem iniuisti, ad maximos hónores cursum, qui te secundo amne ad voluntatis tuæ ripas feliciter euehet. *Conseruad vuestra honra.* Cura, vt dignitatem retineas tuam. *Alcançar grandes honras.* Contequi, assequi, obtinere honores. Ascendere, euehi, efferri, promoueri, peruenire ad summa honorum culmina, ad altissimos dignitatis gradus. *Han embaraçado el passo à vuestra honra.* Præclusus, & intercluſus aditus tibi est ad honores. *Boluiò por su honra.* Deleuit maculam, qua falsò aspersus fuerat; dignitatem, & honorem suum excalumnijs vindicauit, & in veritatis lucem asseruit. Leuauit se tanto fasce, & onere graui calumniarum, cum illas eleuaret. Diluit honorificè impositam sibi iniuriam, & suo honori cumulate satisfecit. *Tomòlo por punto de honra.* Summum sibi hunc æstimat honorem loco summæ existimationis, & dignitatis hoc ducit, putat, habet. *Honras se dan à los que no las merecen.* Corui luscinijs honoratior. es. iam sunt, indocti doctis, improbi probis præferuntur, immeritis tribuuntur honores. *Vame mi honrilla en esto.* Honos mihi agitur quantulus ille sit; de honore certatur, & existimatione mea; dignitas mea periclitatur. *Honrar à vno.* Honorare, honestare aliquem, præstare, facere, tribuere, afferre alicui honorem. Amplissimo aliquem afficere, ornare, illustrare, decorare, habere, prosequi honore. Venerari, obseruare, colere virum. Cedere via, latus tegere, fasces submittere, caput alicui aperire. Omnia veneration nis, obseruantiæ, cultus, & hono-

ris officia merito viro deferre. *Deſea mucho ſer honrado.* Vmbras falſæ gloriæ conſectatur, aucupatur; inanes populi auras captat, ventos rumorum colligit, plauſibus vehementer ſtudet humanis, ſpe, imagine, ſplendoreque vano capitur, ducitur gloriæ: *Honrado hombre.* Honoratus, & ſummo ſplendore conſpicuus vir, ſummis ornamentis, & honoribus inſignis, omnium quamtum eſt, qui viuunt honoratiſsimus. *Hombre honrado de otros.* Qui ſuum cuique defert honorem, & alienum ſuum ducit, & in omnes honorificentiſsimus eſt, ſuauiſsimus, & humaniſsimus. *Hombre ſin honra.* Ignobilis, inglorius, ſine honore, & exiſtimatione, nullo ſplendore vitæ, numero, aut loco, nulla commendatione famæ, aut illuſtris facti celebris. Inhonorus, in honoratus. Vide, *Deshonrar.* *Honoroſa coſa.* Honeſta res, pulcherrima, præclara, honorifica. *Honroſamente.* Honeſtè, laudabiliter, honorate, honorificè. *Honras, ò Exequias.* Honores ſupremi, exequiæ, arum. *Hazerlos.* Facere funus alicui, proſequi funeris exequias ſupremis honoribus. Ad funus, ad exequias cohoneſtandas venire. Iuſtum, amplum, funeſtum, familiare funus inducere. Vide, *Entierro.*

Hora. Hora, æ. *Media, ò quarto.* Vide in ſuis locis. *Diò la hora.* Audiuimus horæ ſignum: horoligij cymbalum ſignauit, indicauit nobis horam. *Ya es hora.* Nunc modò. Hora, & punctum temporis hoc eſt: in ſtatum tempus, & horam incidimus. *Horas Canonicas.* Preces ſacræ horariæ, in diei horas diſtributæ. *Horas de N. S.* Libellus, quo ſacræ præces in Diurnum Magnæ Virginis cultum, & laudes continentur, recitantur. *Eſperame vna hora.* Ad horam me expecta. *Vete en hora mala.* Apage indierectum. Ad coruos abeas, in malam rem, & exitum. *En hora buena.* Bonis auibus, fellicibus auſpicijs. *Echòme en hora mala.* Multis, & peſsimis verbis me malè, acceptum dimiſit.

Horadar. Terebro, as, fodio, is. *Horaco.* Foramen, inis.

Horca. Patibulum furca, crux, gabalus, i. *Fueſe por ſu pie a la horca.* Ipſe ſe ad damnationem offert. *Horca para leuantar las hazes.* Marga, æ. *Horquilla.* Furcula, æ. *Para ſuſtentar las vides.* Pedamentum, adminiculum. *Horquilla.* Adminiculor, aris. Pedimenta vitibus erigendis, fulciendiſque ſubijcere.

Horcegadura. Fœmorũ dibortium; canũ ſpatiũ inter fæmina, ſeu fæmora.

Horma. Forma calcei, modulus muſtricula, æ. *Hallò horma de ſu zapato.* Formis in ſortiorem incidit.

Hormiga. Formica, æ. *Coſa de hormiga.* Formicinus. *Puſo que hormiguea, y mortal.* Pulſus formicans, debilis, exiguus, & frequens.

Hormiguillo. Ex pane friato, aut auellana pinſita ius eſculentum.

Hormaza, ò horno. Fornax, acis, caminus, clibanus, furnus, i. *De cal.* Fornax calcaria. *Hornera.* Artopta, æ. panifica, quæ fornariam exercet.

cet, *Hornero*. Artòcodus.

Horro eſclauo. Libertus, manumiſſus. *Vamos horros*. Indemnem me in ludo præſta, caueas mihi. Communem vtrique aleam ſubeamus, vt tu mihi, & ego tibi, ſi ſors aduerſa fuerit, lucellum remittam.

Horro, ò libre de todo. Vide, *Libre*.

Horror. Horror, horriditas, tremor. Vide, *Eſpanto*. *Horrenda coſa*. Horribilis, horrificus. *Horrura*. Squalor.

Hortaliza. Oſus, eris. *Hortelano*. Olitor. *Hortelana*. Olitrix, cis.

Hortiga. Vrtica, æ.

Hoſco. Toruus, immitis, aſper.

Hoſpedar. Aliquem hoſpitio accipere, ſuis excipere tectis, domo, ædibus. *No iré a hoſpedarme à otra caſa, que a la vueſtra*. Cum in iſtum locum venero, certum mihi, & recta ad te, aliò non diuertam. Vt Iuno illa homerica, in concilium Deorum veniens à nemine poculum, niſi à Themide accepit, ſic ego tuo inter omnes hoſpitio, & beneficio vtar, quod mihi comitèr, & liberalitèr offers. Hoſpitalis teſſera tecum ſolum mihi perpetua eſt. *Hoſpedarſe*. Diuerſari, diuertere apud aliquem. *Hueſped que à otro recibe*. Hoſpes, itis. *El recibido*. Diuerſor, oris, & hoſpes. *A tal hueſped bien podeis combidar otra vez*. Hoſpes is eſt, cui dicas, amabo te, eòdem ad me, cum reuertère. *Es el hueſped como el pez, que a tres dias hiede*. Piſcis nequam eſt, niſi recens, & hoſpes primo aduentu ingratus, non eſt, ſed antè triduum fœtet. *Si ſois mi hueſped, os trataré ſin cumplimiento*. Hoſpitium tibi apud me erit familiare, ſcilicèt, & ſobrium, nec propter te maiorem fumum vicinia videbit. Vide, *Agaſajar*. *Regalar*. *Coſa que hoſpeda*. Hoſpitalis. *Que no*. In hoſpitalis inhoſpitus, inhumanus. *Hoſpedaje*. Hoſpitalitas, benigniras, facilitas erga hoſpites. *Hoſpederia*. Hoſpitium, diuerſorium, quod venientibus patet. *Hueſpeda que hoſpeda, ò es hoſpedada*. Hoſpita, æ.

Hoſpital de enfermos. Pauperum, ægrorum domicilium, valetudinarium, noſocomium. *De peregrinos*. Xenodochium. *De niños expueſtos*. Brephotrophium, curotrophium. *De huerfanos*. Orphanotrophium. *Hoſpitaleros perpetuos*. Parabolani, orum.

Hoſte, ax. Fugè, heu.

Hoſtia. Hoſtia, victima, æ. *Hoſtiario*. Hoſtiarium capſula.

Hoſtigar. Verbero, caſtigo, punio. *Hoſtigado*. Qui ſuo malo ſapit, & malè multatus diſcedit, agitatus, exagitatus.

Hoz. Falx, alcis. *De ſegar*. Meſſoria falx, ſcripicula. *Metioſe de hoz, y de coz en mi hazienda*. In meas fortunas penitùs inuolauit, inuaſit, ingurgitauit ſe in hæc flagitia.

H ante V.

Hucha. Capſella fictilis.

Hueca de vſo. Verticulum, i.

Hueca coſa. Cauus, vacuus. *Eſte es vn hombre hueco*. Vaniſsimus, ventuſiſsimus eſt homo. Caput ſine cerebro. *Suena a hueco*. Vacuum ſonat, & inane. *Hueco ſuſtantiuo*. Cauum, i. Cauitas.

Huel-

Huelga. Vide, *Holgar*.

Huelgo. Reſpiratus,us. anhelitus emiſſio, receptio, & attractio animæ,& ſpiritus. Vide, *Aliento*.

Huella. Veſtigium,ij.

Huerfano. Orbus, orbarus parentibus, pupillus. *Huerfana*. Pupilla, orba. *Horfandad*. Orbitas,atis.

Huerto ò vergel. Hortus, aut horti, orum. Viridarium, viretum. *Que lindo es eſſe vueſtro huerto*! Cœlum hic habes, non horum,nec aſtrorum illi ignes profectò magis nitent in ſerena nocte, quam hi tui ſcintillantes, micanteſque varij flores. Adonidis, & Alcinoi hortos loquuntur: nugæ ad iſtos comparati, & imagines muſcarum. Quid primum voneam? inquam.Oculus cum Argo fieri, an naſus cum Catullo? Ità vtrumque ſenſum pariter permulcet mihi, & titillat hæc voluptas. Ite, ite omnium Arabum odores, qui nauſea mihi præ halitu hoc ingenuo, & verè cœleſti. Blandiri me putas? Serio hoc dico, campi Elyſij, Elyſij non ſunt pro hoc rure. Ecce ènim, quæ hic vbique nitela eſt? Quis odor? Quam aptè omnia in areolas ſuas, pulvilloſque diſpoſita; vt non elegantius teſſelæ aliquæ in pauimento! Iam quæ florum, herbarumque copia? Quæ raritas, & nouitas? Vt videatur in hunc locum natura concluſiſſe quidquid eximium habet noſter, aut alter orbis. Iuſtus Lipſius.

Hueſped. Vide, *Hoſpedar*.

Hueſſa. Foſſa,æ Vide, *Sepultura*.

Hueſſo, ò gueſſo. Os, oſsis. *Coſa ſin el*. Exos, oſsis. *Eſtà en los hueſſos*. Oſsibus hæret, ſuccum, & ſanguinem amiſit. *Sacar, ò quebrantar los hueſſos*. Exoſo, as.

Hueuo ò guebo. Ouum, i. *De dos yemas*. Geminum. *Gueco*. Irritum, ſubuentaneum, vrinum, cynoſurum. *Empollado*. Pulleſcens Decumanum. *Freſco*. Recens, calidum. *Anejo*. Requietum. *Para ſorber blando*. Tremulum, molle, sòrbile. *Encerrado*. Edurum,temperatum. *Duro*. Induratum, edule. *Frito. Eſtrellado*. Frixum. *En tortilla*. Placentula ex ouis frixa. *Mexidos*. Oua ſaccharo, vel melle commixta, ſuacta, lentoque igne in gyrum acta, conditanea. *No lo he por el hueuo, mas por el fuero*. De iure non, de re lis, & certamen eſt. *Puſo vn hueuo, y eſſe huero*. Parit primum, & ſubuentaneum. *Coſa aouada*. Ouatus.

Humano. Humanus, benignus, comis, e. In quo multum humanitatis ineſt. *Humanidad*. Humanitas, facilitas, ſuauitas morum. *Humanas letras, ò humanidad ciencia*. Homine ingenuo digna litteratura, politiores, amæniores litteræ. *Humaniſta*. Politiorum litterarum cultor, omni liberali diſciplina,& eruditione inſtructus. Vide, *Erudito, y docto*.

Humedad. Humor, oris. *De la tierra*. Virgo, inis. *Coſa humeda* Humidus màdidus. *Humedecer*. Madefacio, is humecto, as. perfundo, humore aſpergo, irrigo, as. *Humedecerſe*. Humeſco, humeo,es, madictus fio.

Humildad. Animi demiſsio, ſubmiſſio, modeſtia. *Humillarſe a otro*. Se alicui ſubmittere, ſubijcere ad

alicuius pedes, genua. *En fi.* Vilescere. Vide, *Abatirse Humilde.* Humilis animo, submissionis laude excellens, qui se verè incunctis demittit, & submissè segerit. *Humildemente* Submissè, demissè, modestè. *Humillar à los soberuios.* Deijcere, deprimere, prosternere, subdere, subijcere, debellare superbos, & arrogantes. *Humilladero.* AEdicula sacra suburbana

Humo. Fumus, i. *Yo os baxarè los humos.* Arrogantes tuos còmprimam spiritus, tuum animum, qui nunc luxuriâ, & lasciuia diffuit, retundam, de pulmone reuellam. *Humear.* Fumo as. Fumum emittere. Fumo, as. *Cosa de humo, ò que humea.* Fumeus, fumosus, fumidus.

Humor. Humor, oris, liquor. *No estoy de humor.* Vapidè me habeo, non hilari, gaudentique animo sum. *Es hombre de humor.* Multa hilaritas, natura festiua, & placida inest illi. *Humores delgados.* Acres humores. *Grueßos.* Concreti.

Hundirse la tierra. Subsido, is, aut subsideo, es. *El nauio.* Obrui, supprimi, opprimi nauim fluctibus, vndis. Vide, *Anegarse, y Fondo. Hundirse debaxo del agua.* Summergo, immergo, is. *De tierra.* Sepelio, is, sed terram, sub Tartara aliquem mittere, infra mortuos amandare. *Hundiòse este dinero.* Hæc pecunia omnis latuit in caligine, & tenebris. *Desea verme hundido.* Me depressum, & extinctum cupit.

Huraño. Ferus. Vide, *Esquiuo.*

Huron. Viuerra, æ.

Hurtar. Furor, aris, rapio, aufero, expilo, compilo, as: In alienas fortunas inuadere, inuolare. *De secreto.* Clepere, furto clandestino aliquid subtrahere: Briarei manus inijcere, & vngulas alicui rei. *Hurtè el cuerpo à tus assechanças.* Ego petitiones ita coniectas, vt vitari vix possint, declinatione corporis, & lateris sinuamine excessi. *La fruta hurtada sabe mejor* Dulce pomum, cum abest custos. Vinum alienum gratius sapit. *Hurtar ganado.* Abigere pecus. *Cosa sagrada.* Res sacras furtu violare, sacrilegi furti se astringere. *Hurtar el dinero publico.* Pecuniam publicam auertere *Que no te has de hallar, sino es hurtando?* Hora vitæ tuæ nulla vacua a furto reperietur. *Lo que hurta este hombre!* Non timidè, nec leuiter mercator lucra ligurit, sed deuorare non dubitat. Quid vnquam huiusmodi euerticulum fuit? *Hurto.* Furtum, latrocinium, raptus, us, rapina. *De cosa sagrada.* Sacrilegium. *De ganado.* Abactus, us. *Cosa hurtada.* Furtiuus, a, um. *A hurtadillas.* Furtim.

Hurta agua. Iarro con que se riega el jardin. Harnagium, ij.

Huso para hilar. Fusus, i. *Husillo de lagar.* Torcular. *Por otra cosa.* Vide, *Vso.*

Husmar ò Husmear. Odorari, inuestigare odore aliquid liguriendum.

Huyr. Fugio à te, vel fugio te. Se infugam dare, vel fugæ, fugam arripere, capere, conijcere, conferre se in fugam. Vertere, dare terga, induere talaria, fugâ velocissimâ saluti consulere, in metu pedibus addi-

eddire alas. *Mostrar las herraduras huyendo.* Cauum pedis ostendere. *Ayudame a huyr.* Adorna mihi ad fugam viatiuum. *Trato de huyr.* Meditor, agito fugam. *Huye à vela, y remo.* Remigio, veloque, quantum potes festinare, fuge. *Quanto mas huyo, menos ando.* Quam magis in altum capesso, tùm æstus me in portum refert. *Mas vale salto de mata, que ruego de buenos.* Cum licet fugere, ne quære litem. *Huyendo las brasas, cayò en el fuego.* Incidit in Scyllam, cupiens vitare Charybdim. *Huyda.* Fuga, æ. *Poner en huyda.* Fugo, as. Conuertere, pellere in fugam hostes. *Fugitiuo.* Fugax, àcis, fugitiuus.

De littera I. vel Y.

I. Conjuncion. Et, atque, ac, que.

Ià. Iam. *Ià dizes vno, yà otro.* Modò, ais, modò negas. *Ià, yà bien dizes.* Rectè verò admones.

Iacinto flor. Hyacinthus, i. *Piedra preciosa.* Chrysòlitus, i.

Iaco, arma del pecho. Lorìca, sagum loricarum.

Iadear. Anhèlo, as, halitum, spiritum crebrò, & cum fatigatione emitto.

Iaez de caualos. Phàleræ, arum. Ornamenta, & stramenta equorum.

Ialde, color. Rufus, flauus.

Ialea, cõserua. Mali cydonij succus saccharo congelatus, densatus.

Ialuegar la pared. Inducere calcarium, tectorium parieti; parietes òpere tectorio loricare. *Ialuegarse la cara las mugeres.* Fucare faciem. Vide, *Afeytarse. Ialuegue.* Fucus, i.

Iamàs. Nunquam, nullo tempore.

Iamon de tocino. Segmentum peraæ cæsæ, siccus petasunculus.

Iaquca. Vide, *Axaqueca.*

Iardin. Horti, orum. Vide, *Huerto.*

Iardinero. Topiarius, ij.

Iara. Vide, *Xara.*

Iarra. Fidelia, æ. *Iarro.* Vrceus, ei. Vrceolus. Cullulus. *De vino.* Oenòphorum. *Para sacar vino.* Acratophorum.

Iarrete. Poples, itis.

Iaspe. Iaspis, idis.

Iactarse. Iacto, as. Sui tibicinem agere. Vide, *Gloriarse.*

Iaula. Cauea, æ. *Tocado de muger.* Reticulum, i.

Iauali. Aper, ri.

Iayan. Vide, *Gigante.*

Iazmin. Alba viola, siue ligustrum.

I ante D.

IDEA. Ideæ, forma, species cogitata, concepta mente.

Idioma. Idiòma, atis, proprietas, dialectusque sermo.

Idiota. Imperitus, indoctus artis ingenuæ Inelegantior Libethrijs.

Idolo. Idòlum, simulàcrum, i. *Idolatrar.* Colere, venerari idòla. Vide, *Dios. Idolatria.* Idololatria, idolorum cultus.

De I. vel Y. ante F,

Yaze aqui Antonio. Vide, *Enterrar.*

Yegua. Equa, æ. *Yeguerizo.* Equarius, ij.

Yelmo. Cassis, idis.

Yelo. Gelu, u. *Yelase el agua.* Aqua conglaciat, frigore, gelu, niue, pruina concreta comprimitur, du-

rescit-

rescit humor frigoribus addictis. Vide, *Elarse*.

Yema de arbol. Gemma, æ. *De hueuo.* Luteum, vitellus. *Del dedo.* Coryphe,es. Summum digiti.

Yermo Vide, *Hiermo. Yerno. Hierno.*

Yerba Herua, gramen. *Sin sembrar.* Voluntaria, spontanea. *Sembrada* Satiua. *Sus barbillas, y rayzes.* Fibriæ, arum. *De do sale la caña.* Caulis, is. *La caña* Scapus instar columnæ. *El nudo del cañuto.* Geniculu marticulus,i. *El cañuto entre dos ñudos* Internodium. *De do nacen los ramitos.* Sinus, us. Cauum alarum. *Las punticas de las hojas.* Crenæ, arum. *Yerba buena.* Mentha, æ. *De la golondrina.* Chelidonia. *De Santa Maria* Athanasia *De San Iuan.* Hypericum. *Para el jabon.* Borith, saponaria. *Yerbecillas.* Heluellæ, arum. *La yerba mala mucho crece.* Malum vas non frangitur. Deterior herba luxuriat.

Yeruos yerua. Eruum,i.

Yerto Rigidus, rigens, entis. *Ponerse yerto.* Rigeo, obrigeo, es.

Yesca Fomes, itis. *Encender con ella.* Rapere infomite ignem excussum ignitabulo ex venis silicis, ramentoque sulphureo admoto, excipere in candela flammam.

Yesso. Gypsum, i. *Cosa dada con yesso.* Gypsatus, gypso illitus paries.

Yezgo arbol. Ebulus, i.

I. vel Y. ante G.

YGLESIA. Iunta de Christianos Catolicos. Ecclesia Orthodoxa, Christiana. Cœtus, conuentus fidelium. *Yglesia, ò Templo.* Vide, *Templo. Pedir Yglesia.* Sacras implorare aras, & templa. *Llamarse Yglesia.* Ecclesiæ nomen identidem vsurpare suum asylum, Inclamare, ingeminare, nullum velle nomen audiri, nisi Ecclesiæ perfugium; nomen, & cognomen abiurare suum, vniusque Ecclesiæ nuncupatione, & voce velle nominari. *No le vale la Yglesia.* Templi immunitate non gaudet, nec ara protegit, qui aram violat. *Valele la Yglesia.* Templi sacri perfugio, & tutela vti debet, perfrui, gaudere. Adyta, quæ tenuit, & aras hominem retinent, arcent, prohibent à prophana iniuria. *Acogiose a la Yglesia.* Ad vnicum miserorum asylum, & perfugium conuolauit, se recepit. Vide, *Acogerse. Sacaronle de la Yglesia.* Ex Sacro Templo, aris, adyris consecrationis lege inuiolabilibus, ad quæ confugerat, anullus est, raptus, tractus satellitum vi, & rerum sacrarum iniuria, non sine summo piaculo.

Ygnominia. Ignominia. Vide, *Afrenta.*

Ygnorante Ignarus rerum, rudit, inscius. *Ygnorancia.* Inscitia, ignorantia. *Ygnorar* Ignoro, as, nescio. *Quien es tan ignorante, que esto sepa?* Quis ita omnium rerum ignarus reperietur, cui nares, & cerebrum pituita sic obruit, vt hoc ipsum lateat. Vide, *Saber.*

Ygual. AEqualis,e,par, quod dissimilitudine non claudicet. *Ygual en edad.* Coæuus, qui pari cum aliquo currat æuo, ætate coniunctus, eiusdem ætatis, & æui. *Cada vno con su*

Ygual

ygual. Pares cum paribus. Graccus cum gracco. *No son todos yguales, como los dedos de las manos.* Seruus seruo præstat, Dominus Domino. *Ygual pared.* Paries ad libellam, & perpendiculum affabrè ductus. *Suelo ygual.* Pauimentum planum, planestratum. *Ygual cosa en el peso.* AEquilibris, e. *Ygual te fuera.* Satius, potius tibi fuisset, præstaret. *Ygualar.* AEquo, as, planum aliquid facere. *Al criado.* Certâ mercede seruum in annum spatium conducere. *Ygualarse con alguno.* Paripassu cum aliquod decurrere, ad laudem alicuius peruenire. Vide, *Comparar. Ygualdad.* AEqualitas, æquabilitas. *De noches, y dias.* AEquinoctium. *Ygualmente.* AEque, æqualiter, pariter.

Yjada. Ilia, ium. *El que tiene este dolor.* Illicosus.

Ylicita cosa. Quod non licet, aut illicitum est, nefas, res nefaria.

Yluminar. Illumino, as. Imaginem varijs, & proprijs coloribus distinguere, decorare. Nouam lucem, & splendorem pigmentis imagini afferre.

Yluson. Illusio, onis. *Yluso.* Delusus, deceptus vano splendore in fraudem deductus, cui falsa species fucum fecit, & errorem incussit.

Ylustrar. Claro, clarifico, clarigo, illustro, as. *La oracion.* Varijs figurarum luminibus orationem distinguere exornare. *Ylustre.* Illustris, inclytus, clarus.

De I. ante M.

IMAGEN. Imago, inis, simulacrum, icon, onis. *De bulto.* Effigies. *De pincel.* Tabula, æ. Depicta imago. *Vaciada.* Fusilis imago.

Imaginar. Animo, mente cogitationeque aliquid concipere, agere, voluere, moliri. *Pudose imaginar mayor disparate?* Quid aliquid occurrit ineptius, aut vigilanti cuiquam, aut dormienti? *Imaginacion.* Conceptio rei, mens, cogitatio. *No me passò por la imaginacion.* Ne cogitaui quidem, nec cogitationis imago, aut species mihi obrepsit neque tantum imaginatus sum. *Imaginatiua.* Facultas concipiendi, cogitandi, imaginandi, commentandi. *Imaginable cosa.* Quod mente concipi potest, & sub cogitationem cadit.

Iman piedra. Magnes, etis. Syderitis, idis. Heracleus, siue Heraclius lapis.

Imitar. Imitor, æmulor, aris. *Deuemos imitar las virtudes de los Santos.* Nobis Sanctorum virorum virtutes imitandas proponere debemus, & eorum arripere similitudinem. Ponere pedem, figere in vestigijs clarissimorum virorũ Petros, Paulos, Antonios nobis expressos, non adumbratos mundo reddere, repræsentare. Rapi ad similitudinem cœlestium animorum, eosque moribus, & vita referre. Vestigijs insistere, eaque sequi, persequi sanctissimorum Herõum. Ad auram tanti spiritus nauigare, & anxio pede eorum clarissimarum virtutum orbitam premere, vt ad illas mentes, & animos conformemus. *Imitacion.* Imi-

tatio, æmulatio, vmbra,æ.

Inmenſo. Immenſus, infinitus. *Inmenſidad.* Immenſitas, infinitas, atis.

Inmobile. Immobilis,e, immotus.

Inmortal. Immortalis,æternus. Quod morte,& fine caret, ſempiternus. *Inmortalidad.* Immortalitas. Vide, *Eternidad.*

Inmaculado. Inuiolatus, incorruptus, immaculatus, incontaminatus.

Inmundo. Impurus, ſordibus,a.m

Inmunidad. Immunitas,impunitas. Vide, *Yglesia.*

Impaciencia. Intolerantia, æ. *Impaciente.* Impatiens, qui aliquid iniquo,& implacabili animo fert. *Impacientemente.* Impatienter,intoleranter.

Impaſsible. Nec particeps, nec capax doloris, patiendi neſcius.

Impedir. Impedio,is.impedimento eſſe alicui, impedimentum afferre, inferre,obijcere alicui: intercedere, obſtare, ſe interponere,quominus aliquid fiat. *No me impidais mis augmentos.* Luminibus meæ gloriæ ſubſtructionibus ſuperbis tuæ inuidiæ ne obſtruas. *Impedimento.* Impedimentum,obex obſtaculum, mora,æ. *De la naue.* Remora,æ.

Imperar. Imperito, as. Dominor. Vide, *Reynar, y gouernar. Imperio.* Imperium, ſumma rerum, ſupremum honoris culmen, imperatoria dignitas. *Imperial coſa.* Imperatorius.

Imperfecto. Cui aliquid perfectionis deeſt,imperfecta res impollita,rudis, adumbrata, manca, cui lineamenta adhuc extant ruditer ducta, nec extrema eſt impoſita manus, nondum abſoluta ſuis numeris res. *Imperfectamente.* Imperfectè impolite.

Impertinente. Quod ad rem nihil facit, nec pertinet. *Hombre.* Ineptus, intempeſtiuus, importunus. *Impertinencia.* Ineptiæ, arum. *Impertinentemente.* Ineptè, importunè.

Impetrar. Impetro, abtineo, exoro. Vide, *Alcançar.*

Impetu. Impetus, us, vis. *Impetuoſo.* Violentus, vehemens, furens, torrens. *Yo me opuſe al impetu de los enemigos.* Ego hoſtium impetus ſuſcepi, ſuſtinui.

Implacable. Implacabilis, inexorabilis,e.

Importar. Eſto me importa mucho. Hoc mea multum intereſt, magni, plurimum refert, confert, ad meas res valet,& ſpectat, pertinet. Expedit mihi, conducit valdè ad meum commodum, & Spartam. Totum momentum hæc res habet, omnem paginam facit, momentum, & pondes maximum ab hac re eſt ad rem meam. *Importancia.* Momentum, pondus,grauitas rei. Res magni ponderis, dignitatis, & momenti.

Imponer tributos. Impetare vrbi vectigal, onerare Prouincias tributis. *Imponer en algo à otro.* Vide, *Enſayar.*

Importuno. Importunus, moleſtus, grauis, moroſus. *Ieſus que importuno hombre.* Apage improba muſca, qui vt ſicuit illa,tu oculis incubens,auelli non poteſt. *Importunar.* Importunis precibus aliquem obtun-

tundere, repetita oratione, multisque verbis eniti, contendere, aliquid ab inuito, extorquere. Vrgere, premere molestè aliquem, & quasi per quæstionem exprimere rem. Expugnare, occidere crebra importunitate hominem. *Importunidad.* Importunitas, improbitas exigendi, molestia exorans. *Importunamente.* Importunè, improbè, molestè.

Imposible. Quod fieri nullo modo potest, vel faciendi nulla omnino facultas datur, aut potestas. Solem è cœlo diripere, alba cornix.

Impotente. Impotens, impos sui. *Impotencia.* Nulla potestas, impotentia.

Imprimir. Imprimo, is. *Libros.* Scripta prælo, typisque dare, mandare, subdere, committere. Accudere, excudere libros, digitos incudibus speciosæ officinæ; magno litterariæ Reipublicæ bono, admouere. Facere lucem primam, vel secundam libro, illumque in vulgus edere. *Impressor.* Typographus, excussor, typotheta. *Impresion.* Editio, typus, i. Impressio. Vide, *Emprenta. Nada le haze impresion à esta.* Nulla re mouetur, flectitur. Os eius ferreum nullo conuitio verberabis.

Improbable. Improbabilis, e. Quod ne Pyrrhus quidem persuaserit.

Improprio. Improprius, acyrus, i. *Impropriedad.* Acyrologia, impropria locutio. *Impropriamente.* Impropriè.

Imprudente. Imprudens, insçius, malè prouidus rerum. *Imprudencia.* Imprudentia, insçitia. *Imprudentemente.* Imprudenter, sine prudentia.

Impulso. Impulsus, us, motus, igniculus diuinus, humana, aut diuina inductio.

Imputar. Attribuo, obijcio, assigno.

De I. ante N.

Inadvertencia. Inconsideratio, onis, imprudentia.

Incansable. Infatigabilis, adamantinus, labore infractus, inuictus.

Incapaz. Indocilis, e. hebes, etis. inhabilis, non capax rerum.

Incauto. Incautus, improuidus, a, m.

Incesto. Incestus, us, vel incestum. *Incestuoso.* Incestu pollutus, incestus.

Incienso. Thus, uris. *Incensar.* Dare, adolere thura, templum thure vaporare, thuribulum ducere ad altare sacras aras vaporeo thure obire, circumire, *Incensario.* Acerra, æ. Thuribulum.

Incierto. Incertus, obscurus, quod non constat, & in dubia est. *Incertidumbre.* Obscuritas, dubitatio rei.

Incitar. Incito, excito, as. *Vos me incitastes a esto.* Tu me, vt id facerem, cohartatus es, incitasti, conmouisti, impulisti: in hanc me mentem induxisti, duxisti, adduxisti. Tu mihi auctor, suasor ad hoc patrandum extitisti, impulsu, consilio tuo feci, calcaria mihi admouisti, animum incendisti meum, & in hanc flammam rapuisti.

Inclinarse. Inclino, as, propendeo, es. *Nuestra alma se inclina a la virtud.* Sunt in animis nostris semina

innata virtutum. Impetus ineſt propenſus rapidus ad virtutem, quem ipſa natura retardat male morata. Sublimia perit hæc flamma, & ad ſuam originem vltrà, & libens ratione duce rapitur. Quaſi cœlitus ſati animi ardua petunt, virtutiſque fructu gaudent cumulari. *Inclinome naturalmente à Antonio.* Velut aſtro quodam inclinante in amorem Antonij feror. Neſcio quo delabor ad illius voluntatem. *Inclinacion.* Inclinatio, propenſo, procliuitas animi, natura, facilitas, ſtimulus, conſtitutio, diuergium. *Inclinado.* Procliuis, pronus, propenſus, applicatus, deuexus.

Inclito. Inclitus, a, m.

Incluſo. Incluſus, contentus. *Incluſa en la carta.* Appendix, icis, corollarium. *Incluſiue de aqui al Domingo.* Integram diem dominica terminum definimus.

Incomodidad. Incommoditas, incommodum, damnum, detrimentum. *Incomoda coſa.* Incommodus.

Incomprehenſible. Incomprehenſus, non cadens ſub noſtrum captum, quod noſtram fugit, & excedit mentem.

Inconſideracion. Inconſiderantia. Inconſultatio, temeritas. *Inconſiderado.* Inconſideratus, conſilio præceps, temerarius homo, parum in agendo attentus, & præcipitis mentis. *Inconſideradamente.* Temere, imprudenter, inconſultè.

Inconſtante. Inconſtans, mobilis, pluma leuior, qui à ſe ipſo quauis cauſa deſciſcit, volaticus, inſtabilis, modo palliatus, modo togatus, qui aliud ſtans, aliud ſedens dicit. *Inconſtancia.* Inconſtantia, æ, leuitas, mobilitas, mutabilitas animi. *Inconſtantemente.* Leuiter, inconſtanter.

Incontinente. Incontinens, intemperans. *Incontinencia.* Intemperantia, æ.

Incontraſtable. Inuencibilis, inexpugnabilis.

Inconueniente. Obex, icis, impedimentum. *No ſabeis quantos inconuenientes ay en eſto, ſino lo remediais.* Ignoras, quot incommoditates in hac re accipies, niſi caues.

Incorporeo. Corporis expers, ſine corpore, & materia.

Incorregible. Inſanabilis, difficilis domandi.

Incorrupto. Incorruptus, integer, inuiolatus. *Incorrupcion.* Integritas. *Incorruptamente.* Integre, incorrupte.

Increyble. Incredibilis, quod mendacij ſpeciem habet, fidemque omnem vincit, nec veroſimile eſt, cui fides haberi non poteſt. *Increyblemente.* Incredibiliter.

Incredulo. Incredulus, qui nec ipſi fidei fidem habet. *Incredulidad* incredulitas, incredibilitas, atis. Diffidentia, nulla fides.

Inculpable. Extra noxam, inſons, innoxius, immunis culpæ, labe omni carens.

Incurable. Inſanabilis, deſperatus, immedicatus. Chironium vulnus.

Indicar. Indico, as, demonſtruo, indicem digitum in aliquam rem intendere. *Indicio.* Indicium, ſignum argumentum, veſtigium. *Indicios diſtes de lo que teniades en el cora-*

zon.

zon. Sermonis ansas dabas, quibus reconditos tui animi sensus tenere possemus.

Indicion. Indictio, onis.

Indecente. Indecòrus, a. m. *Indecencia.* Indignitas, indecorum, dedecus, oris. *Indecentemente.* Indecorè, indignè, inhonestè.

Indiferente. Indifferens, dubius. *Estarlo.* In neutram partem propendere, & in vtramque esse paratum, & promptum. *Indiferentemente.* Promiscuè, indiscriminatim, sine discrimine.

Indigesto. Crudus, qui nondum cibum coxit. *Indigestion.* Cruditas, tis.

Indignarse. Indignor, aris, irascor, eris. Stòmachor. *Indignacion.* Indignatio, commotio, comotabilis, stomachus. *Indignado.* Commotus, stomachatus, insensus. Vide, *Yra, y ayrado. Indigno.* Indignus asinus portans mysteria. Tragica simia. Bos in ciuitate. *Indignidad.* Indignitas, atis. *Indignamente.* Indignè. Vide, *Digno.*

Indiscreto En el juyzio. Vide, *Inconsiderado. En hablar.* Indisertus. *Indiscrecion.* Imprudentia.

Indissoluble. Indissolubilis, indissolutus, innodatus, quod solui nequit.

Indispuesto. Valetudinarius, qui infirma valetudine est, corpore malè affectus. *Indisposicion.* Inualetudo, affectio, symptòma, atis. Vide, *Achaque.*

Indiuisible. Indiuiduus, a. m.

Indocto. Vide, *Ignorante.*

Indomito. Indomitus, effrènis, e. qui imperium recusat.

Indubitable. Res certissima, perspicua, quæ dubitationem non habet.

Indulgencia, ò perdon. Venia, peccati condonatio, remissio. Vide, *Ganar.*

Industria. Industria, solertia, sedulitas, diligentia, ars, tis. *Industrioso.* Industrius, ingeniosus, solers. *Industriar.* Instruo, is, edoceo, es.

Induzir. Vide, *Incitar, exhortar. Inducimiento.* Suasio, exhortatio, consilium. *Inducidor. Suasor.* Hortator, auctor.

Indulto. Immunitas, indulgentia.

Inefable. Ineffabilis, quod verbis exprimi, aut explicari non potest.

Inestimable. Inæstimabilis, quod nullo pretio satis dignè æstimari potest.

Ineuitable. Fatalis, e, non vitabilis.

Inexorable. Inexorabilis, e.

Inexplicable. Vide, *inefable.*

Infamar a otro. Tristi notâ aliquem insignire, afficere, aspergere, notam turpitudinis alicui inurere. Notare aliquem, lædere, violare, obscurare, fugillare alicuius famam, decus, æstimationem, dignitatem. *infamado. está este hombre.* Fama adolescentis hæsit ad metas notitiâ nouâ mulieris. In vulgus malè audit, infames, famosi de illo rumores dissipantur. Insignis celebratur multis ignominiæ notis, & dedècoris maculis. Inhæret ipsi, suoque generi nunquam eluenda multa cretâ turpitudinis labes. Proselytus. Hæbræus, haereticus insigniter vbique notatur. *infamia.* infamia, ignominia, nota, dedecus, famæ macula, pro-

brum. *infame*. Famosus, turpis, contaminatissimus, fœdus colluuie vitiorum, cui est parum integra, aut secunda fama. *infamemente*. Turpiter, fœdè, ignominiosè.

Infante. Infans, antis. *Hijo del Rey*. Alter, à primogenito Regis, & hærède Principe. Regius filius. *infantes soldados*. Hastati millites, pedites, leues, primipili, vel antepilani. *infanteria*. Prima frons in acie, flos iuuenum, robur. Peditatus, us, pedestres copiæ, phalanges.

Infeliz. Vide, *Desdichado, y desdicha*.

Inferior. Inferior ordine. *infimo*. infimus, minimus humilimus.

Inferir. *De aqui se infiere esto*. Hinc fit, efficitur. Consequens illud est, rectè concluditur, cogitur. Hoc ita est, sic conficitur.

Infestar. infesto, as. Vide, *Dañar*.

Inficionar. inficio. Vide, *Veneno*.

Infiel. Vide, *Gentil. No leal*. infidus, infidelis, anceps homo, & lubrica fide, cui neque ara, neque fides. *infidelidad contra Dios*. impietas. *Contra el amigo*. Græca fides, infidelitas perfidia. *infielmente*. Perfidè, infidè.

Infierno. Inferi, orum. Orcus, Tartarus, vel tartara, orum. Auernum, abyssus, infernus lacus. *Yrse al infierno*. Peccatorum rudentibus in Tartarum rapi, detrahi, deuolui, præcipitem ruere, agi. Sempiternis addici pœnis, morteque æterna damnari. Horrendis, cruciatibus perpetuò distorquendum ad inferos detrudi, demitti ad Latomias æternas.

Infinito. Infinitus, innumerus, innumerabilis, interminatus, interminus, immensus. *Infinidad*. Immensitas, infinitas, atis. *Infinitamente*. Sine termino, & fine, infinitè.

Inflamar. Inflemmo, as. *Inflamarse la llaga*. Tumescere ardore, vel ardere tumore. *Inflamacion*. Tumor.

Influxo. Tactus lunæ. Demissa è cœlo vis. Vide, *Influir*.

Informar à otro. Edoceo, & instruo, is. *Informarse de otro*. Rogare aliquem, quærere de aliqua re, scisciatari, exquitere, cognoscere sententiam ab aliquo. *Informacion*. Quæstio, onis. *Por via de probança*. Anacrisis, is, interrogatio testium. *Hecho se ha la informacion de vuestra vida, y costumbres*. In tuam vitam, & mores diligenter quæsitum est. Tua vita multis est consignata testimonijs.

Informe cosa. Informis, deformis, e.

Infortunio. Fortuna aduersa, incommoda, acerba, infortunium. Vide, *Desdicha*.

Infundir. Infundo, is, instillo, as. *Las almohadas*. Vide, *Funda*. *Infusion*. Infusio, onis.

Ingenio. Ingenium, ij. *Tiene lindo ingenio*. Excellit, præstat, pollet, floret, valet, viget ingenij laude, gloria, acumine. Præclaro, & summo ingenio præditus est, ornatus: ingenij nobilissima commendatur dote, egregium à natura est sortitus ingenium, acurisimum, singulare, acerrimum, exercitatum, excultum. Vide, *Agudo*. *Ingenioso*. Ingeniosus, acutus, solers. *Ingenios de guerra*. Machinæ bellicæ, tormentum. *De alguna inuen-*

cion.

cion. Ars, artificium. Ratio ingeniosa, inuentum singulare. *Ingenio, habilidad, ò maña.* Artificium, ars, technæ, industria. *Ingeniosamente.* Ingeniosè subtiliter, acutè.

Ingerir. Insero, is. Vide, *Enxerto.*

Inglé Inguen, inis.

Ingrato. Ingratus animus, gratiarum, & beneficiorum immemor, qui bene de se meritis gratiam non refert. *Ingratitud.* Ingrati animi vitium, obliuio beneficij.

Inhabil. Inhabilis, ineptus, nulli rei habilis, vel idoneus.

Inhabitable. Inhabitabilis, locus desertus, inhospita tesqua.

Inhumano. Inhumanus. Vide, *Cruel.* *Inhumanidad.* Inhumanitas. *Inhumanamente.* Inhumaniter.

Iniquo. Iniquus, iniustus, iniurius.

Injuria. Iniuria, æ. *De palabra.* Conuicium, maledictum, contumelia. *Hizome vna grande injuria.* Me iniuriosè, pessimèque tractauit, mactauit. Mecum periniquè, & immerito egit. Iniurius, & iniquus in me extitit. Stigmata imposuit mihi, & lentas iniuriarum vibices. Post iniuriam natam nemo est tam apertior calumnia petitus, affectus, notatus. Vide, *Afrentar, y agraviar. No quiero vengar, mas perdonar la injuria.* Nolo à te iniurias acceptas, illatas persequi, sed impunitas illas, & te impunè abire permitto? non par pari referam, aut idem reponam, sed perpetuâ obliuione delebo, oblitterabo. Priuatas offensiones, & simultates susceptas iniuriâ, vnius Dei amore; ad Christi Maximi exemplum facilè remitto, condono, & ex animo, & memoria depono. *Injuriar à otro.* Vide, *Afrentar.* *Injuriador.* Conuiciator, malèdicus, contumeliosus, probrosus homo. *Injuriosamente.* Iniuriâ, contumeliosè.

Injusto. Iniustus, iniquus, iniurius. *Injusticia* Iniuria, iniquitas, iniustitia. *Injustamente.* Iniustè, iniquæ. *Injustamente me tratas.* Indignis sum à te acceptus modis.

Inocente. Innocens, purus à culpa. *inocencia.* innocentia, vitæ integritas, probitas. *inocentemente.* innocenter, inocuè. *inocente.* Simplici animo, & annis, aut ætate. Probobo. Vide, *Bobo.*

Inobediente. Discolus, non obediens. Inobsequens, rebellis.

Inouar. innouo, as, nouis rebus studere, molliri res nouas.

Innumerables. Vide, *infinito.*

Inopinado. inopinatus, improuisus, repentinus, fortuitus. *inopinadamente.* inopinatè, fortuitò. Vide, *Caso.*

Inquieto. inquies, ètis, inquietus, tumultuosus. *inquietar.* interturbare, interpellare, obstrepere. *Tu mismo te inquietas.* Tu tibi solicitudinem struis. *inquietud.* inquies, etis, cura, solicitudo nimia. *De no dormir.* Vigilia insomnis.

Inquilino. inquilinus, i.

Inquirir. inquiro, is. Vide *informar.*

Inquisidor. Quæsitor, inquisitor religiosarum rerum. Censor fidei. *Inquisicion.* Sacrosanctæ, & Catholicæ fidei, religionisque veræ venerandum tribunal. Iudicium in perfidos religionis prodiciles

religiosissimum, & horribile.

Insaciable. Insaciabilis, insaturabilis, inexplebilis, e.

Insensato. Stupidus, bardus, qui sensum rerum amisit.

Insensible cosa. Quæ sensum fugit, sub sensum non cadit, percipi sensibus non potest, nec illis subijcitur. *Insensibilidad.* Stupiditas, stupor. *Insensiblemente.* Sensim, sine sensu.

Insigne cosa. Insignis, illustris.

Insignias. Insignia, ium., signa, orum. *De armas.* Stemma, atis.

Insipiente. Insipiens, desipiens.

Insistir. Insto, perstо, as, persisto.

Insolente. Insolens, superbus, arrogans. *Insolencia.* Superbia, arrogantia, contumacia, iactantia.

Inspirar: inspiròme Dios esto. In hanc me Deus mentem duxit; afflauit hoc mihi supremum numen: tali me mente donauit. Bonus genius mihi vellit aurem. *Inspiracion.* Afflatus, instinctus, aura cœlestis. Flamen diuinum.

Instable. Instabilis, varius. Volubilis. *Instabilidad.* Vide, *Inconstancia.*

Instante. Instans, atis, momentum, punctum. *En vn instante.* E vestigio, quam citissimè.

Instancia. Importunitas., contentio. *Instancia en el argumento.* Inductio, similitudo. *En los pleytos.* Actio causæ prima in inferiore, foro, & iudicio: secunda, aut tertia in superiore. *Instar, ò hazer instancia.* Instare, vrgere, premere hominem, vehementer, pertinaciter contendere aliquid ab aliquo.

Instincto. Instinctus naturæ, vis propensio. Vide, *Inspiracion.*

Instituir. Instituo. Constituo, is. *Instituto.* Institutum, constitutio.

Instruir. Instruo, eruditio, instituo, is. *Instruccion.* Documentum, monitum, præceptio, onis.

Instrumento. Instrumentum, arma, orum. *De escrituras.* Vide, *Escrituras.*

Insufrible. Intolerandus. *Insufrido.* Impatiens, impatibilis, e.

Insulso. Insipidus insulsus, a.m.

Insulto. Scelus, flagitium immane.

Inteligente. Homo nauus, industrius, calidus, peritus rei.

Intencion, ò intento. Scopus, propositum. *Con que intencion aueis hecho esso?* Quo animo, qua mente, quo consilio, & ratione motus id fecisti. Quo tuus animus spectauit? Quo animum intendebas, dum faceres? Quæ tua erat cogitatio, quò tendebat voluntas? *Hizelo con buena intencion.* Feci quidem animo optimo: ab optimo, & simplici animo, & candido pectore hæc profecta sunt, dimanarunt, optimo studio id feci. *Tened la intencion que pide la razon, no la passion.* Eà mente sis, quàm ratio, veritasque præscribit, non libido. *intentar algo.* Tento, as, conor. Omnem non mouet lapidem vt.

Intercadencia del pulso. Inæqualitas, disparitas pulsantis arteriæ.

Intercalar dia. Dies intercalaris.

Interceder. Intercedo, is. *intercesion.* Deprecatio, rogatus, us, prex, ecis. *interceſſor.* Interceſſor, deprecator, sequester, ri.

Interes. Commodum, vtilitas, lucrum quæstus, fructuus, us, lucellum, mercès,

ces,edis. *En todo fois intereſſado.* Omnia vna vtilitate metiris, ad tuum commodum vertis refers, reuocas. In rebus omnibus compendium quæris.

Interior. Interior,& us.

Interlocutores. Eclogarij,orum.

Interponer. interpono,is.

Interprete. interpres,etis, explanator, expoſitor. *Interpretar por declarar.* Vide, *Declarar. Por boluer de vna lengua en otra.* Ex vna lingua in aliam aliquid conuertere. Eductam è Philoſophorum tenebris vocem trahere in lucem meliorem, in mitiorem partem interpretari. Vide,*Traduzir. Interpretacion.* interpretatio, expoſitio, elucidatio.

Interrogatorio. interrogandi,vel rogandi teſtes oratio,& forma.

Interrumpir al que habla. Interfor, aris,interpello,interrumpo, interturbo, as, interloquor. *El eſtudio.* Studia intermittere,remittere litterarum intentum arcum. *interrupcion,ò intermiſion.* intermiſsio, onis. *De juego.* Diludia, orum. Vide, *Vacaciones.*

Interualo. interuallum, ſpatium.

Interuenir. intercedo,me interpono.

Inteſtinos. Viſcera, erum, præcordia, inteſtina,orum.

Intimo. intimus,è pectore,è fibris amicus, & familiaris. *intimar.* Notum aliquid facere alicui.

Intitular. inſcribere, præfigere nomen libro,vel in aliqua re.

Intolerable. intolerandus,intolerabilis non ferendus.

Intratable. Moroſus, difficilis.

Intrepido. Præceps, itis, audax, intrepidus, acer.

Intrincado. irretitus, implicatus.

Intrinſeco interior, inteſtinus. *Que ſe mueue ab intrinſeco.* Motu,quod cietur interiore,& ſuo.

Intruſo. intruſus, reptitius.

Inuentar. inuenio, is. Ex ſuo ingenio nouum aliquid commentari, effingere, promere. *inuentor.* Auctor, inuentor,ad excogitandum acutiſſimus homo. *De nueuos vocablos.* Logodædalus, architectus verborum. *inuencion.* Opus nouitium,excogitatio, inuentio, inuentiuncula. *Que nueua inuencion es eſſa?* Aliud genus remi. Quas res nouas, & antea non viſas inducis? *inuentario.* Codicillus,rerum index, inſtrumentum. Apophaſis, vel Apographa,æ.

Inuidiar. Vide, *Embidiar.*

Inuernar. Hyemo,as. *Lugar do inuiernan los ſoldados.* Hyberna,orum.*inuierno.* Hyems,emis.Hibernum tempus, & tempeſtas.

Inuiſible. Quod videri non poteſt, nec ſub aſpectum cadit, nec oculis ſubijcitur, ſed fugit oculorum aciem.

Inuocar. inuoco, imploro, as. Vide, *Dios.*

Inuſitado. inuſitatus, nouus,a.m.

Inutil. inutilis,e.

Inundacion. inundatio, proluuies, ei. Fluminum alluuies. *inundarſe los campos.* inundant,ſtagnant agri,diffluunt. Flumen aquarum auctu, & incrementis extra ripas effluit,omnia ſecum trahit. Dum effunditur, riparumque margines præterlabitur euertit, vaſtat, cunctaque demolitur.

Iante O.

YO. Ego, mei, ipſe ego.

Iò al aſno. Hic ſiſte aſelle, mane.

Iornada. Expeditio, onis. *De vn dia, &c.* Vnius diei iter. *La mayor jornada es haſta ſalir de caſa.* Porta itineri longiſsima eſt. Qui portam egreditur, magnam itineris partem conficit. *A largas jornadas.* Longis itineribus. *jornada de comedia.* Actus ſcenicus, comicus, tragicus, diberuia, orum. *Primera.* Protaſis. *Segunda.* Epitaſis. *Tercera.* Cataſtrophe, es.

Iornal. Merces, edis. *De vn dia.* Diurnæ operæ pretium, diarium, denarius. *De vn mes.* Menſtruum. *De vn año.* Annuum. *Pequeño.* Mercedula. *jornalero.* Operæ, arum, mercenarius, operarius mercede conductus.

Iorro. Lleuar las naues à jorro. Remulco nauem actam trahere.

Iota. Apex, icis, punctum.

Ioya. Aureum, decus, margaritis, bacchiſque diſtinctum. Spinther, eris. *ioyas de muger.* Mundus muliebris, ornatus, apparatus pretioſus. *Ioyel.* Monile, is.

Iante R.

YR. Eo, is, tendo, pergo, iter aliquo intendere, adire loeum, concedere aliquo, petere vrbem, conferre ſe in locum. *Ir de priſſa.* Feſtino, accelero, propero, as. *Delante.* Præeo, præmittor. *Ir detras.* Sequor, ſubſequor. *Va, y viene.* Itque, reditque viam, eandem repetit, legitque viam. *Vete en buen hora.* Bene ito, betere te iubeo. *En mala.* In malam crucem, & furcam abeas. *Ir paſſo a paſſo, ò en orden.* Vado, procedo, incedo. *Ir diziendo à otro lo que ha de dezir.* Voce aliquem præire. *Ir à la parte.* Partiri cum aliquo, inſortem, & partem ire. Vide, *Parte. A la mano.* Vide, *Mano. Ir à vno en algo.* Pariter rerum ducere, idem iugum ſubire, trahere. *Irſe de algun lugar.* Vide, *Partirſe. Al Cielo.* Vide, *Cielo. Al Infierno. Infierno, &c. Ni me và, ni me viene en eſto.* Mihi iſtic, nec ſeritur, nec mèricere, nec vtile, nec inutile. *Mucho, la vida me và en eſte negocio.* Non certatur de oleaſtro. Vno iudicio de fortunis omnibus, de vita, de ornamentis decernitur, agitur. *A mi me và.* Vertitur res in meo foco. Vide, *Importar. Lo que và de hombre a hombre?* Homo homini quid præſtat? *Voy por donde me lleuan.* Ad id, vnde aliquis flatus oſtenditur, valedo. *Vaſenos el tiempo en porfias.* Altercatione dies magna ex parte conſumitur. *Mucho va de Pedro à Pedro.* Seiuncta ſunt Merrhæ, ac Siloam fluenta. Dares Entellum prouocat. *Ve volando.* Curriculo vola. *Ida.* Abitus, us, profectio, diſceſſus, us. *La ida del humo.* Abeas ſine reditu. Fumo fuga ſimillima ſit tua. *Vno ydo, otro venido.* Tumultus poſt bellum, labor labori, calamitas calamitati ſuccedit.

Ira. Ira, æ. breuis furor, iracundia, indignatio, ſtomachus. *Hizo eſto con ira.* Fecit id iracunde nimis, & per iram egit. *Ira de hermanos. ira*

de

de Diablo. Acerba enim bella fratrum. Vide, *Ayrarse. Enojarse.*

Iris arco del Cielo. Iris, idis. *Yerba.* Xiris, is.

Ironia figura. Ironia, æ.

Irregular. Canonico impedimento irretitus, quominis sacris initietur ordinibus, vel sacra exerceat. *Irregularidad.* Irregularitas. Canonicum impedimentum suscipiendi, aut exercendi, sacra misteria.

Irracionable. Rationis expers, mente, ac ratione vaccus.

Irreprehensible. Inculpata vita, quam ipse Momus non poterit carpere.

Irritar. Irrito, as, lacesso, is.

Isla. Insula, æ.

Isopo yerba. Hissopus, i. *De Iglesia.* Lustri cum aspergillum.

Itericia enfermedad. Regius morbus.

Itinerario. Itineris descriptio.

I ante V.

IVBILEO. Iubilæus, ei. *Año del Iubileo.* Annus, vel dies sacer à Pontifice Maximo, ad incitamentum pietatis, noxasque expiendas, institutus. *Ganarle.* Lustralia illa sacra obire, meliorem, puriorem-que redire, per lustrationem illam, publicè, diuinitus ibi concessam. *Iubileo de cien à cien años.* Annus secularis, sacer, qui Romam ex omni terrarū orbe homines Christo deditos ad se vocat. *Iubilado.* Emeritus, rudiarius; rude donatus. *Iubilar à alguno* Rude aliquem satis spectarum in litterarum munere; donare, rudem accipere. Perfunctum militia, vel disciplinarum laboribus, quasi confectis stipendijs ab ea exercitatione liberare, vacuumque reddere.

Iubilo. Iubilus, i, gaudium.

Iubon. Thorax, acis. *De açotes.* Tintura Sardonica, verberum vibices, flagellata terga.

Iudio. Iudæus, Hebræus, verpus, recutitus, apella. *Tiene vn Iudio en el cuerpo.* Lupum auribus tenet.

Iudicial cosa. Iudicialis, forensis.

Iudicatura. Iudicis potestas, iudicandi actio, ius, munus dignitas.

Iuego. Ludus, i. Lusio, lusus, us. *De palabras.* Locus. *De esgrima.* Ludus gladiatorius.

Varios Iuegos.

DE cañas. Troiani ludi, pugna imaginaria. *Iugarlas.* Arundinea spicula iaculari. Binos, aut ternos inuadantes aduersarios, alteros Maurus habitu simulates, alteros Christicolas representantes, cetris obiectis in velocissimo equorum cursu excipere, seque ad suos recipere, & in oppositos iam terga in pugnæ simulacrum vertentes inuolare, & totidem spicula retorquere. Iamque alios prouocare, & cetratum oppositu contra subsequentium arundinum ictus se tueri, & ad suos reuerti.

Iuego de pelota. Ludus pilæ, Sphæromachia. *Lugar donde se iuega* Sphæristerium. *La raya.* Meta. *Sacar.* Iacere, mittere pilam. *Boluerla.* Reddere, retorquere, repellere, reciprocare. *Darla.* Excipere, repercutere. *Detenerla.* Retarda-

re, sistere, intercipere. *Darla de mala.* Reciprocantem bis subsultim pilam reuocare. *juego.* Excipe. *juega.* Mitte. *Falta.* Defecit in iactu, & in cursu, præter, extra sphæristerium excessit, deliquium passa est, vel offendit in cursu. *Tomarla de boleo.* Saltu assequi, in ipso volatu suscipere, & acriter remittere. *Tengo quinze.* Nobis quindecim, &c. *Estamos à dos.* Pari numero, æquali marte ludimus, vtrisque tringinta. *Ganamos.* Vicimus, ò socij, & magnam pugnauimus pugnam, victores ouamus. Palma nostra est. *jugar con la mano* Palma, vola percutere. *Con pala.* Lignea pala; palmula. *Con raqueta.* Reticulo. *Pelotear.* Ludere pila reciproca. *A las bonicas.* Sphæram interse reciproco, & amico iactubreuius, lenius reddere, mitere.

Iuego de axedrez. Ludus latrunculorum. *La tabla* Fritillus, alueus. *Las rayas, ò reglas escaqueadas.* Versus albo, & nigro colore discreti, distincti alterius. *Los Reyes.* Reges. *Las damas.* Reginæ. *Los cauallos.* Equi. *Los Roques.* Gyclopes, um. *Los Arfiles.* Centauri. *Los Peones.* Pedites. *jaque.* De loco mutare Regem, vel transferre in aliam sedem. *Mate.* Regem capere omni iam præsidio destitutum, & intercluſum vndique, triumphumque agere.

Iuego de sortija. Ludus annularis. *La soga.* Funis extentus, sublatus à terra. *La sortija.* Pendulus annulus. *Correrla.* Citato equo dirigere rectam hastam immittendam in illum. *Hechar por alto.* Annulum hasta opprimere superiectà. *Por baxo.* Submittere hastam. *Leuar la sortija.* Per annulum immittere, inserere, traijcere hastam, secumque illum trahere, & præmium.

Iuego de naypes. Carthæ lusoriæ. *La baraxa.* Fasciculus foliorum constans quatuor generibus, seù familijs. *Copas.* Charchesia, orum. *Bastos.* Baculi, orum. *Espadas.* Enses. *Oros.* Aurei nummi. *Baraxar.* Miscere folia. *Dar cartas* Deuidere, distribuere. *Embido.* Augeo sponsionem, restipulor. *Quiero.* Recipio. *No quiero.* Renuo, recuso. *Va el resto.* Obijcio, oppono quidquid summæ relictum est, summā meam conijcio in sortem. *Paso.* Remitto, cedo, reijcio, prætereo.

Iuego de volos. Ludus Pyramidularum, vel bacillorum. *Iuguemos quien es mano.* Globum ad Pyramidas iaciamus, & qui proximus, aut plures deiecerit primus ludat, & anteuertat. *Poner los volos* Statuere bacillos, erigere æquis spatijs. *Derribarlos.* Deijcere, deturbare, protrudere cylindros. *No passar el pie de la bola.* Figere pedem in globi sede, seù vestigio.

Iuego de peonça, ò peon. Trochus. Turbo. *jugarle.* Pollice, & medio digito conuolutum contorquere: ille se bene vertit liberatus in culo, quasi in pedes se erigere, & strenuè cursitat. Agitare, voluere, versare, contorquere turbinem trochum in gyrum, in orbem verbere, flagello, scutica. Gyros describit in cursu, & conficit orbes.

Iuego de argolla. Ludus traiſciendi, aut tranſmittendi globulos per annulum ferreum defixum in terra. *La argolla.* Annulus, orbita ferrea. *Las barras.* Frons lineis,& notis inſcripta. *Bocas.* Tergum, purum,poſticum. *Las bolas.* Lignei globuli. *Palmas.* Palmulæ, arum. *Embocarſe.* Globulum per frontem ,ſeu auricum annuli traijcere. *Encajarſe.* Os occludere , obturare globo. *Hazer bocas.* Per poſticum , aut à tergore improuidè globulum introire. *Tirar cabe.* Supra palmulæ ſpatium purgato puluere , & offenſione lapillorum deterſa globum globo percutere , trudere. *Dar toque.* Quatere,remouere leui percuſſum globulum.

Iuego de trucos. Luſus trudiculorum, qui bacillis ſuper menſam vitidem impulſi iaciuntur ad fornicem ferreum , per quem ſeu eburnea , vel buxea ſphæra impellitur , traijcitur. Siue vna alteram tradit ſuper menſam volantem, aut per feneſtel las arte quadam peritè in conflictu impellit, detrudit, demittit ad terram, victrix in menſa.

Iuego de dados. Ludus talorum, teſſellarum. *La ſalſereta ò tabla de donde ſe echan.* Fritillus , pyrgus, i. *Donde caen.* Alueus luſorius. *Los ſeys puntos.* Senio , onis. *El mejor punto.* Venus, pronus iactus. *Vn punto.* Canis. *Azar.* Talus ſupinus , iactus infelix. *Pintar bien.* Quod maximè opus eſt iactus cadere. Oſtendere talum pulchrum ſuum os , vultum, puncta.

Iuegos de las bolicas , ò hueſſos de frutas al oyuelo. Globulorum , vel oſsium malorum Armeniorum ludus ad ſcrobiculum iactandorum. *Hechallos.* De vola , certo interualio diſtantem leui iactu in foſſulam mittere. *Quantos van? Quatro.* Da mihi quatuor in manum. *Si hecha pares ſon mios , ſi nones tuyos.* Si incurrit in foſſulam numerus par , omnes globuli erunt mei , quique foris, quique intus iacebunt, ſi impar,omnes erunt tui.

Iuego de maſicoral. Præſtigiæ, arum. *El que le juega.* Præſtigiator. Circulator. *Iuego del caſtro.* Duodecim ſcrupis ludere.

Iuego de las tablas. Ciuitates ludere, laterunculorum ludus.

Iuego de caſtillo, y leon. Nummis in ſublime iactis leonem , vel caſtellum petere, & in caſu, & iactu ſignum ſupinum parère.

Iugar à la chueca. Diſco ludere. *A pares , ò nones.* Par , impar ludere. *A quantos ſon mis dados.* Micare dignis. *Al cabalico* Equo de preſſo ludere. *A la olla.* Olla in orbem circumacta colludere. *A ſalta tu, y damela tu.* Saltatorius ludus. Schænophelinda. *Al marro.* Capiendis , redimendiſque captis in pugnæ ſimulacrum excurrere ludrica ſimulantes bella. *Al Abejon.* Pſeudomeliſſa. *A concoxilla ſaltando con vn pie.* Aſcoliaſmus, empuſæ ludus. *Al eſconder.* Apodidraſcinda. *Al Conuento Frayles.* Baſilinda. *A la gallina ciega.* Myinda. *A hazer ſopicas en la agua.* Epoſtraciſmus. *Al columpio.* Oſcillum , oſcillatio. *Al toro.* Taurorum agitationem ſimulare. *De las cocos.* Cum in orbem in-

nexis manibus pueri gyrantes feuerſant, calcibuſque puerum, vt tantum irruentem, & impetentem propulſent, amandent; donec, vertente ſe orbe, aliquem eorum prendat, qui tantus ſuccedat. *Iuego de tablillas.* Miſsilibus tabellis, ſeu teſſerulis ſuper læuem, menſam ludere. *Iuego de Maſecoral.* Vide, *Maſecoral.*

Iuegos, ò fieſtas. Ludi, orum. Speecula, munera. *Los juegos deuen ſer moderados, y decentes.* Ludendi eſt quidam modus retinendus, vt nec nimis omnia profundamus, elatique voluptate in aliquam turpitudinem delabamur.

Iugar. Ludo, is. *Con otro.* Colludo. *Al contado.* Præſenti, aut repræſentata pecunià. *Al fiado.* Credita, concredita colluſoris fide. *Iugada trae eſte la vida.* Gladiatoris more hic eſt addictus morti. *Iugador.* Luſor, colluſor, oris. *Iuguetes.* Ludicra, crepundia, orum. *Iugueton.* Ludibundus, ludius, ludio, onis. *Mas deſembuelto.* Petulcus, petulans ioculator. *Iuglar.* Gerro, onis, iocularis homo. Vide, *Truan.*

Iueues. Dies Iouis. Feria quinta.

Iuez. Iudex, icis. *Executor de paga.* Perſecutor. *Elegido por vna de las partes.* Edititius. *Por ambas.* Arbiter, i. *Que ſe pone de por medio.* Sequeſter, i. *De las Alçadas, ò de apelacion.* Recuperator. *Eſte Iuez ſe ſoborna.* Fidem ſuam hic Iudex addictam habet, vænalem exponit: pretio, non æquitate, & iure ſententiam fert ſuam, nundinatur præturam. Vide, *Sobornar. Iuez recto.* Integer, incorruptus, adæchaſtus, qui nullis muneribus, aut gratia à recta illa iuſtitiæ trutina declinat. *Hazer eſticio de Iuez.* Forum agere, ius dicere, dare, addicere, iudicis munus obire. *Oy vera el Iuez mi negocio.* Hodie iudex mihi operam dabit, de mea cauſa cognoſcet, exercebit iudicium. *Vos quereis ſer Iuez de eſſo?* Id ad arbitrium tuum reuocas? *Quereis vn Iuez manſo para vos, y riguroſo para mi.* Iudicem in me vehementem, in te diſſolutum poſcis. *El buen Iuez a todos deue oyr.* Princeps æqua, & iniqua pariter audiat. Magiſtratum gerens audi iuſtè, & iniuſtè: ſed rectè, & iure cenſe. Patientiſsimis auribus eſſe debet, & oculis cæcis ad munera vtramque aurem omnibus æquè accomodare. Actori, & reo magis auritum, quam oculatum eſſe opportet. Vide, *Iuſticia.*

Iugada de tierra. Ingerum, i.

Iugo. Iugum, i.

Iugo, ò xugo. Succus, i.

Iulio mes. Iulius, quintilis, is.

Iumento. Iumentum. Vide, *Aſno.*

Iuncia. Cyperus, i. iuncus augulosus trianguſus.

Iunco. Iuncus. Scyrpus, i. *Mariño.* Iuncus acutus. *Iunquillo flor.* Iuncus odòrus, odòrifer, i.

Iunio mes. Iunius,

Iunque. Incus, ùdis. *Dan en mi como en yunque.* Ita quaſi incùdem memiſerum octo homines validè cædunt.

Iuntar. Iungo, coniungo. *Muchos a vn lugar.* Compello, is. cogo. Vide, *Recoger. Iuntar pegando vno con*

otro.

otro. Coagmento, conglutinō, as. *Iuntar Concejo.* Vide, *Ayuntar. Iuntarse, ò pegarse à vno.* Adhæreo, cohereo. *Iuntarse muchos à vn lugar.* Conuenio, is, coco, is. Congregari in locum. *Iunta la noche con el dia jugando, y bebiendo.* Perludum, vinumque noctibus diem æquat. *Dos buenas lanças se han juntado.* Attabas, & Numenius conuenerunt, aut coniunctus est suo Attabas Numenio, improbus aggregatur cum improbo. *Iunta de hombres.* Cætus, conuentus, us. *De tierra.* Iugerum, i. *De bueyes.* Parboum, iuges bobes. *Iuntos muchos en vn lugar.* Cōuenæ. Cōgreges, um. *Iuntas, ò junturas de miembros.* Compages, um, commissus, Coagmentatio, iunctura. *De los artexos.* Condylus, i.

Iurar. Iuro, eiuro, as, iuramento se obstringere, obligare, teneri. Testari Deum, testem vocare. *En forma de derecho.* Conceptis verbis iurare. *Iuramentarse el soldado.* Authoro, as. Sacramento, vel sacramentum dicere. *Tal juramento.* Aurhoramentum. *Iurar mucho descaradamente.* Deiuro, as. *Por Dios.* Supremum numen iuro, & aduoco ita esse. Testor æternum numen, & quod omnia videt, & scit numen. *Por la saluacion de mi alma.* Saluus sim si hæc vera sunt. *Anssi Dios me guarde, ò salue.* Ita me Deus amet, sōspitet, seruet. *Por tu vida, y la mia.* Ita mihi, & tibi sit vita superstes. Iuro tibi sanctè, vitalis ne tu, & ego sim. *Anssi Dios me destruya.* Si te ego sciens fallam, ita me eijciat Deus Pater, vt ego hunc lapidem. *No te la jurè?* Num interminatus sum, ne faceres? *Iurar falso.* Periurio aliquem lædere, religione sacramenti, seu iuris iurandi violare. Vide, *Perjurarse. El que no ha jurado.* Iniuratus. *Iuramento.* Sacramētum, ius iurandum, iuramentum. *Gran veneracion se deue al juramento.* Sancta est apud homines iurisiurandi religio. *Iura mala en mala piedra cayga.* Ius iurandum adactuum, & volaricū in Caucasum cadat, aut irritum sit. *Podrè jurar que esto es anssi.* Sacramento contendam ita esse. Iuratus affirmare possum. *Iuro por quanto puedo jurar.* Ego super hanc re non dubitem, vel Ioue lapidem iure. *Aunque me lo jureis no lo creerè.* Et si Diuos omnes contesteris. *Tomar juramento a alguno.* Sacramento iureque iurando aliquem obstringere ad sacramentū adigere, vt verum fateatur. *Debaxo de juramento.* Sacramento iuris iurandi interposito. Sublege, & iure sacræ religionis testatæ. *Iuramentarse.* Sacramento obstrictos, deuinctos conspirare in aliquid. *Iurador.* Iurator, iuratus. Numinis testator.

Iuros. Census, iura in Regum vestigalia.

Iurado de Ciudad. Rector vrbis, Tribunus populi.

Iurisdicion. Iurisdictio, facultas, atque potestas iuris dicendi.

Iurisconsulto. Iurisconsultus, interpres iuris peritus, legulcius.

Iustas, juego. Ludicra hastatorum certamina, & decursiones, præliorum simulacra. *Iustar.* A Equis hastis equites, homines armatos confligere.

Iuſta coſa. Iuſtus, æquus. *Iuſtamente.* Iuſtè, æquè. *Iuſta coſa es.* AEquum eſt, æquitati conſonum, conſentaneum maximè eſt, æquitatis ratio hoc poſtulat, exigit, præſcribit, conſequens eſt id facere. *No os aparteis de lo juſto.* Ne tantulum de recta religione deflectas. *Iuſticia.* Ius, uris, iuſtitia, æquitas, atis. *Eſte tuez no ſe mueue ſino por juſticia.* In ferenda ſententia. Rhadamantis gerit perſonam, ſolam æquitatem ſpectat. Ducem iuſtitiam ſequitur. Vnius veritatis, & iuris rationem habet. Vna apud illum Nemeſis valet, nihil præterea. Iuſtitiæ oculus. Seueritas illius in iure dicendo, non variatur gratiâ, ſed conſeruatur æquabilis; æqua lance trutinat omnia. *A vezes es bien templar el rigor de juſticia.* Nimium ius, nimia iniuria. Acerba ſeueritas multis condimentis humanitatis mitigetur, neceſſe eſt. *La codicia tuerce la juſticia.* Diuitiarum cupiditas, & auaritia iudicum religionem, virtutemque frangunt. *No tienes raſtro de juſticia.* Tua cauſa nullam iuris partem attingit. *Tengo juſticia.* Ratio ipſa, & æquitas à me ſtant, me tuentur. *Seguirè mi juſticia.* Meum ius perſequar. *Seguirle por juſticia.* Aliquem legibus, & iure iudiciali perſequi. *Iuſticia pide.* Suum ius poſtulat. Placet, ius merum orat, meo quidem animo, & bonum. *Iuſticia, y no por mi caſa.* Iudicia probo, ſed longè à me abſint. Sol quò longius, eò vicundior. *Si la juſticia te pide vno, dale dos, y vayaſe con Dios.* Nummum quærit peſtilentia, duos illi da, & ducat ſeſe. *Guardaos de la juſticia.* Iudicia vita. *De juſticia ſe le deue.* Ex iure manu conſertum me vocat. *Guardad juſticia.* Ne latum quidem vnguem ab æquitatis, reſtique iudicij ſemita diſcedas, deflectas, à præſcripto iure abeas: normam, regulamque iuris, legum, & iudicij ad amuſsim obſerua. *Eſta es la juſticia, &c.* Hanc vindictam ſumi indicit de hoc homine Princeps, Magiſtratus, Prætor. *Hazer juſticia.* Supplicium iure, & legibus in aliquem conſtituere, animaduerſionem in reum proferre. Vide, *Caſtigar. Ajuſticiar.* Rapere, ducere, trahere miſerum hominem ad necem, & ſupplicium. Capitali, & vltimo ſuplicio affectus eſt. *Iuſticiero.* Integer, ſeuerus, acer iudex in exercendo iure, in perſequenda iuſtitia. *Iuſto hombre.* Vide, *Santo.*

Iuſtificarſe. Suæ innocentiæ cauſam afferre, dicere extra culpam ſe ponere. Vide, *Eſcuſarſe.*

Iuuentud. Iuuentus, utis, florens, ætas. *Iouen.* Iuuenis, is, adoleſcens.

Iuyzio. Iudicium ij. *Parecer en juyzio.* Venire in iudicium, ſe ſiſtere tribunal adire, ad iudicium, & ſubſellia vocatum attrahi. *Suſpender el juyzio.* Suſtinere aſſenſum, ab aſſentiendo ſe continere. Suſtentare pauliſper iudicium, & ſententiam conceptæ rei. *Salir de juyzio.* Deſipere, mente dèſeri, ſenſum hominis amittere. *Hombre de poco juizio.* Qui ab inſano parum abeſt. *Hombre de proprio juizio.* Homo ſui arbitrij tenax, ſeque

vno contentus. *Hombre de gran juyzio.* Prudenti mente præditus, magni iudicijs, & consilij maturi vir. *Iuyzio temerario.* Iudicium, sensus, existimatio, opinio certa temerè, falsò, inconsiderare concepta, habita de alicuius vita, honore, & dignitate. Vide, *Iuzgar. Iuyzio final.* Extrema illa dies, & horrenda, qua omnes exactissimum Christi Maximi iudicium, & examen subituri sunt. Cunctaque cunctorum cunctis arcana patebunt.

Iuzgar. Iudicio, as, censeo, es, decerno: sententiam dicere, ius: ferre, promulgare sententiam de aliqua re. *Iuzga rectamente este Iuez.* Incorruptus, integerque pro meritis, & legibus cuncta Iudex statuit, & decernit, æquisque lancibus ponderat, trutinat. Nec precibus flectitur, nec muneribus conducitur. Qui trutinam cœlestis iustitiæ manibus eripit, atque illius iudicio, & ponderibus omnia libat. *Iuzgue conuenir esto ansi.* Iudicaui, arbitratus sum, sensi id ita fieri oportere. Vide, *Pensar. No Iuzgueis mal de nadie.* Ne temeraria existimatione tua aliquē damnes. Iudicia læua existimationis alienæ, caueas, facias. Ne opinione falsa lædas vulneres, violes alterius honorem. Conceptum fœtum adulterino semine de Antonij vita, quasi monstrum abige, & abortionem abijce. *No juzgueis à los demas por vos.* Ex tua natura cæteros ne fingas. Ex tuis moribus ne alios æstimes, metiaris. *No juzgueis lo que no entendeis.* Ne, cùm sis è litteraria plebecula, calculum tibi sumas iudicij. De Appellæis lineis Protogenes aliquis iudicet, non qui auersus ab hac arte longè ab erras. Ex venis, & colore de ægritudine iudica non defibris. Non sutor supra crepidam.

Izquierdo. Læuus, siniſter, a. m. Scæuus. *Mano izquierda.* Læua, sinistra *A mano izquierda.* Læuorsum siniſtrorsum.

De littera L.

L ante A.

LABARO Estandarte Imperial Labarum. Vixillum. Augustale. Aquila. *El que le lleua* Aquilifer.

Labyrinto. Labyrinthus, locus multis viarum ambagibus, & perplexis parietibus irremeabilis, inflexus, tortuosus, sinuosus.

Labio. Labrum, labellum, i. *Hombre de grueſſos labios* Labeo, onis. *De ſalidos con bezos* Bronchus, prominulis labris. *De grandes* Chilo, onis. *Labia.* Garrulitas, loquacitas. Vide, *Parlar.*

Labor. Opus, eris, opera, & labor, oris. *Hazer labor, ò labrar las mugeres.* Trahere pensa, acu pingere, tenui filo, & acu viram tolerare, elaborare vestes. *Tierras de labor.* Agri, campi arationibus, sationibus, & cultui idonei.

Labrador Agricola, agricultor. *Que và à medias con otro* Colonus partiarius. *Labrança.* Res rustica agricultura, cultio, cultus agri, ratio, opus. *Inclinar a vno a la labrança.*

Amandare aliquem in agrum, vt alatur, & exerceatur ad villam. *Labrar la tierra.* Terram, agrum colere, excolere, exercere, findere aratro. Agris cultum adhibere, habere rationem cum terra, subigere agrum, vertere glebas. Vide, *Arar. Labrar casa.* Excitare, ædes. Vide, *Edificar. Labrar piedras.* Excidere lapides. *Cosas mecanicas.* Formare, informare, conflare, excudere euses, falces, arma, &c.

Lacayo. Ante ambulo, onis.

Laceria. Misera. Mendicitas, atis. *Salió de laceria.* Vlisses panuos exuit. Genere vitæ subito commutatio, è pauperibus diues, è squalido nitidus extitit. *Lacerado.* Miser, calamitosus. *Te he de poner como vn San Lazaro.* Ego vero tua latera loris faciam, vt validè varia sint, vt ne peristròmata quidem æquè picta sint Campanica. Viuicibus liuidis totam cutem depingam.

Lacio. Vide, *Marchitarse.*

Lacre. Sigillaris creta, vel terra.

Ladilla. Ricinus, pedicularis.

Lado. Latus, eris. *Ladearse.* Latus alicui tegere, claudere. *Andar de lado.* Inflexo, & in latus coniecto corpore incidere. *No se os quite del lado este niño.* Hunc volo puerum affixum tibi, propter te, vel apud te semper esse. *Cosa que anda al lado.* Laterensis, e, latero, onis. *Ladera de questa.* Cliuus depressus.

Ladrar. Latro, as. *Ladrillo.* Latratus, us. *Ladrador.* Latrator, oris. *Perro que mucho ladra poco muerde.* Bambilius homo, & verbosus, multique strepitus, cæterum inutiles. *Que me ladrais à la oreja.* Quid miselli catelli contra generosum leonem baubamini?

